








Analectes

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE


DE LA BELGIQUE

PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain
P. D. KUYL, curé de Saint-André, à Anvers
C. B. DE RIDDER, secrétaire et sous-archiviste de l'archevêché de Malines
J. BARBIER, curé à Liernu (Namur)

—

TOME IX — 1872
PREMIÈRE LIVRAISON



LOUVAIN
CH. PEETERS
Rue de Namur, 22

BRUXELLES
H. GOEMAERE
Rue de la Montagne, 52

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain


P. D. KUYL, curé de Saint-André, à Anvers

C. B. DE RIDDER, secrétaire et sous-archiviste de l'archevêché de Malines

J. BARBIER, curé à Liernu (Namur)


—

TOME IX — 1872



LOUVAIN
CH. PEETERS
Rue de Namur, 22

BRUXELLES
H. GOEMAERE
Rue de la Montagne, 52


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

LE PÈRE PHILIPPE COUPLET, MALINOIS, S. J.,

MISSIONNAIRE EN CHINE (1623-1694).

En faisant des recherches sur le père Couplet, j'ai rencontré trois erreurs chronologiques relativement aux époques de sa vie. Pour les redresser et pour donner quelques autres éclaircissements, je demande la permission à MM. les rédacteurs des *Analectes*, de pouvoir le faire dans leur précieux recueil, qui a déjà rendu tant de services à l'histoire des temps passés.

La *première erreur chronologique* a été commise par le jeune Couplet lui-même, dans un autographe signé de sa main qui se trouvait jadis à Malines dans l'album des novices de la Compagnie de Jésus. On y lit :

" Ego Philippus Couplet, Mechliniensis, natus anno 1622, " mense maio, die 31ª, ex legitimo thoro, patre Petro, huis- " siario magni consilii regii Mechliniae, matre Catharina Ali- " son, studui humanioribus Mechlinae annis octo apud PP. So- " cietatis Jesu, donec tandem melioris vitae desiderio flagrans " ad Soc. Jesu aspiravi, in quam a R. P. Joanne Tollenaere, " ejusdem Societatis per Flandro-Belgicam provinciali, anno " 1640, mense augusto, die...., Mechliniae, debito praemisso " examine, admissus sum; hic vero ad domum probationis " veni anno 1640, mense octobri, die xi examinatus a P. Fri- " derico Tassis, etc. etc. " Ce père de Tassis était alors recteur du collége et maître des novices[1].

Tout est vrai dans cet autographe du jeune novice, excepté l'année de sa naissance. Il est né en 1623 et non pas en 1622; la preuve de cette assertion est évidente :

[1]) Jean Baptiste Couplet, frère de Philippe. fut aussi novice de la Compagnie, mais il retourna chez lui à la fin de son noviciat, en 1643.

1° Dans les anciens registres de l'état civil, déposés à l'hôtel de ville de Malines, on voit qu'il fut baptisé le 1 juin 1623, lendemain de sa naissance.

2° Dans les mêmes registres, on trouve le baptême de ses frères et sœurs nés avant lui. Or, sa sœur Thérèse fut baptisée le 6 mai 1622 : donc Philippe est né en 1623.

L'erreur commise dans l'autographe subsiste encore sur un portrait peint à l'huile, et que j'ai sous les yeux. On y lit dans l'ombre : *An.* 1647, *aet.* 25 ; ce qui revient à 1622.

Cependant c'est bien en 1623 qu'il naquit. La série de ses occupations successives jusqu'à la fin de cet article ne peut que le prouver de plus en plus.

Entré au noviciat en octobre 1640, il y resta 2 ans, jusqu'en octobre 1642.

Il fit son cours de philosophie pendant 2 ans, à Louvain, jusqu'en octobre 1644.

Il enseigna les rudiments 2 ans, au collége d'Anvers, jusqu'en octobre 1646.

En 1647, il se trouvait à Malines depuis le mois d'octobre 1646, y enseignant le grec „ *ad tempus* „, comme dit le catalogue du personnel ; c'est là l'année de son départ momentané de Belgique, qu'il ne faut pas confondre avec son départ définitif pour la Chine.

Ce premier départ pour Cadix et Séville n'est parvenu à notre connaissance que par une lettre autographe et inédite du P. Corneille Beudin, datée de Cadix le 28 mai 1647[1]. Il écrit entre autres choses au père aumônier de la flotte royale : „ De ad-
„ ventu nostro Gades intelliget Reverentia Vestra ex capitaneo
„ Maes. Hodie tendimus Hispalim octo Flandri : Ego (il était
„ le supérieur de la petite troupe) et P. Henricus Vanderstock,
„ magister[2] Camargo, M. Smet, M. Couplet, M. Verbiest (et

[1]) Non pas du 2 mai, comme on l'a dit ailleurs en la citant. Cette lettre repose aux Archives de l'État, à Bruxelles.

[2]) On appelait *magistri* ceux des scholastiques de la Compagnie qui avaient déjà enseigné, mais qui n'étaient pas prêtres.

„ duo fratres), redituri Gades, ubi tempus erit solvendi in „ Indiam. „ Tous pouvaient croire qu'ils allaient faire leurs études théologiques à Séville, ou tout au moins, en attendant, y apprendre les langues. Comment donc et pourquoi Philippe Couplet se retrouve-t-il en Belgique l'année suivante ?

Cela ne s'explique que par la lettre annuelle du collége de Louvain, écrite 8 ans plus tard, c'est-à-dire en 1654. On y raconte au long le départ de quatre jeunes théologiens prêtres : D'Orville, Rougemont, Hartoghvelt et Couplet, qui venaient de quitter alors le collége en destination pour la Chine : „ Unus „ eorum, y est-il dit, Philippus Couplet, Mechliniensis, in- „ gentis animi juvenis, qui Americanam missionem abhinc „ annis octo (1646) obtinuerat cum insigni Belgarum com- „ militonum manipulo, de regis imperio repulsus magis quam „ remissus ex Hispania in patriam, non abjecerat cogitationem „ exterae missionis. „

Nous apprenons ainsi que, pour je ne sais quelle raison politique, le roi, ou son amiral, empêcha ce départ. En effet, le P. Corneille Beudin, de Gravelines, partit seul, en 1647, pour le Mexique, où il y mourut le 4 juin 1650, dans la nouvelle Réduction de Taxaumare[1].

Le P. Henri Vanderstock mourut le 4 octobre 1651, au Mont-Cassel, en Flandre. Ferdinand Vanderbiest enseignait au collége de Bruxelles en 1648, 1649, 1651 et enfin la rhétorique en 1652. Ensuite il alla faire son cours de théologie à Séville, où, devenu prêtre, il passa publiquement son examen en avril 1655, comme l'attestent ses thèses, élégamment imprimées, déposées aux Archives de l'État[2]. Il était à Macao en 1659.

Quelles furent les occupations de Couplet? Il fut professeur à Courtrai : d'humanités en 1648, et de rhétorique en 1649.

[1]) Voyez Tanner, Padrignani et autres.

[2]) Carton de la province Flandro-Belge, *Missions transmarines de la Compagnie de Jésus.*

Les catalogues de 1650, 1651 et 1652 nous manquent. Celui de 1653 nous apprend que Philippe Couplet était en 2e année de théologie à Louvain. Il reçut les ordres majeurs les 22, 23 et 25 novembre 1654, avec François Rougemont et Ignace Hartoghvelt. L'ordination fut faite à Bruxelles par Jacques Dela Torre, archevêque d'Ephèse *in partibus*. Couplet et Rougemont célébrèrent leur première messe à Louvain le 3 décembre suivant, jour de la fête de saint François Xavier et Hartoghvelt à Amsterdam. Après 1654 on ne trouve plus leur nom dans les catalogues du personnel de la *Flandro-Belgica*; mais il existe, aux Archives de l'État[1], deux lettres de Couplet datées d'Anvers des 14 et 19 décembre 1654, dans lesquelles il exprime sa vive reconnaissance d'avoir été choisi pour les missions de la Chine. On lira ces lettres plus loin.

La 2e *erreur chronologique* existe dans la *Bibliotheca belgica* de Foppens, page 1029.

Lorsque, en 1683, le P. Couplet revint en Belgique comme *procureur*, pour aller rendre compte à Rome de l'état de la mission de Chine, il aborda à Enckhuysen en Hollande, et n'eut rien de plus empressé que de se rendre chez son vieux père à Malines. Foppens dit : „ Salutavit Mechliniae patrem suum „ seniculum, jamque octogenario majorem, viditque denuo „ (i. e. secundis nuptiis) junctum. Vidit et fraterculos annis „ prope sexaginta juniores se ; e quibus unus, Florentius Cou- „ plet, S. T. licentiatus, dein obiit pastor ad S. Catharinam „ Mechliniae anno 1722. „

Je n'examine pas si Florent était un neveu ou un frère consanguin de Philippe ; mais l'erreur de Foppens consiste en ce qu'il présente cette scène de famille, non à l'arrivée du P. Couplet, en 1683, mais à son second départ pour la Chine, en 1692. Au lieu de „ Roma per Belgium ad Sinenses reversurus „ il aurait dû écrire : „ Romam e Sinis per Belgium

[1]) *Missions d'Asie.*

iturus. » Ce qui est facile à corriger dans l'ouvrage estimable de Foppens.

Enfin la 3e *erreur chronologique* se rencontre dans la *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus* des PP. de Backer, mes chers confrères ; et elle est encore plus facile à corriger. On y lit, dans la nouvelle édition in-folio, tome I, p. 1425, que Philippe Couplet naquit en 1628 ; en changeant le 8 en 3, on sera dans la vérité.

Au moyen de ces rectifications j'espère faciliter à d'autres les recherches encore à faire sur la vie du P. Couplet, et j'ai prouvé une fois de plus que la chronologie est l'œil de l'histoire. J'allais d'abord me borner à cela ; mais, dans l'intérêt des lecteurs malinois, j'ajouterai ici quelques lettres inédites de leur compatriote.

I.

Le père Couplet au révérend père Thomas Dekens, provincial.

Anvers, 14 décembre 1654.

Reverende in Christo pater.

Pax Ejusdem.

Quantum se Reverentia Vestra me sibi obstringit ? Quid retribuam pro omnibus ! Certe, cum ego impar futurus sim gratiis referendis, facient id pro me alii ex Urbe, qui sane intelligant, quam bene et liberaliter cupiat Reverentia Vestra salutem Sinensium, et Sinam postulantium desideria complere.

Accepi a parentibus circiter 100 florenos, et ab avunculo horologium rotatum.

Petiit a me soror conjugata, vellem sibi adscribere partem meam, quae mihi obtingeret defunctis parentibus, ut litibus cum fratre Joanne Baptista, qui nihil aliud praetendit, janua praecluderetur. Feci id non dubius de Reverentiae Vestrae consensu.

Vestes hollandicae nullae hic supersunt. Eae, quas sumptibus suis Reverentia Vestra a me fieri curat, pretium 25 flo-

renorum non excedant. Intra triduum accincti ad iter erimus, ad quod suspiramus.

Scribit R. P. superior Hollandiae felices esse Sinipetas, quod primae classi hollandicae se non commiserint, quia tota, constans octo navibus, hausta fluctibus est inter Galliam et Angliam. Periere cum aliis tres patres Dominicani Hiberni, qui Japoniam cogitabant. Felices, quod in tam pia, ut est Dei et animarum causa, animas posuerint, et sanctae voluntatis meritum coelo intulerint! Videt Reverentia Vestra, quantopere egeamus precibus, quas, ubi possumus, a novitiis et studiosis emendicamus; quo unico viatico ac vehiculo in via contenti sumus.

Rogat per me R. P. Henschenius, ut, si expedire judicaverit, per P. Van Hollant aut alium, ab Archiduce privilegium impetrare dignaretur, ut sarcinae P. Martinii, quae multae sunt, possint sine vectigalibus, quae hic gravia esse dicit, exportari... Si quid imaginum chartacearum repererit Reverentia Vestra in cista P. Barvoets, rogamus dignetur nostri meminisse[1].

Reverentiae Vestrae, quoad vivemus, memores erimus, sicut in terris ita in coelis. Commendo me sacrosanctis Reverentiae Vestrae sacrificiis. Antverpiae, 14 decembris 1654.

Reverentiae Vestrae per totam aeternitatem devinctissimus in Christo servus,

PHILIPPUS COUPLET.

II.

Le même au même.

Anvers, 19 décembre 1654.

Cras, Deo favente, in Hollandiam litteris R. P. superioris quam citissime evocati, properamus. Composita et parata sunt omnia. Vestium mearum pretium 23 fl. est; patris Rougemont (quod scribi a me voluit) 110. Nostras sartori reliquimus.

[1]) Le P. Alexandre Barvoets venait de mourir le 2 décembre, pendant qu'il remplissait, devant Lille, les fonctions d'aumônier des troupes.

Commendationes Reverentiae Vestrae sibi cordi omnino fuisse ostendit egregia liberalitate sua in nos R. P. rector. Deus illi, potissimumque Reverentiae Vestrae, per totam aeternitatem rependat. Ab aliis nihil magnopere habuimus, quia nihil petiimus; quaecumque data sunt, ultro data fuere. Quod audacter emendicavimus, fuere preces studiosorum, quibus freti maria penetrabimus.

Quid ego interim Reverentiae Vestrae retribuam pro omnibus, quae retribuit mihi? Certe jam clarius coepi intelligere, quantum Reverentiae Vestrae debeam in causa hac mea; quid in ea fecerit; cur, post Deum, me elegerit. Oblivioni detur et arescat dextera mea, si litteras, affectus mei indices, ullo unquam tempore ad Vestram Paternitatem scribere intermittat; si unquam in sacrificiis meis Reverentiae Vestrae non recorder; et, ut pro incremento benevolentiae Reverentiae Vestrae crescat gratioris animi significatio, addico Reverentiae Vestrae singulis bimestribus, quoad vivam, sacrum unum, ubicumque terrarum fuero.

Commendo me et comitem laborum Franciscum [Rougemont], angelicum vere juvenem, (quo praesente placatum habere Deum spero), sacrosanctis Reverentiae Vestrae sacrificiis, suorumque precibus. Antverpiae, 19 decembris, 1654.

Reverentiae Vestrae per totam aeternitatem devinctus,

PHILIPPUS COUPLET.

P. S. — In memoriam sancti Indiarum apostoli Thomae, patroni Reverentiae Vestrae, tria sacra libera Reverentiae Vestrae offerimus.

Il partit de la Hollande pour Lisbonne le lendemain.

De Lisbonne il se mit en voyage pour Goa, le 30 mars 1656, avec les PP. François Rougemont de Maestricht, et Ignace Hartoghvelt, d'Amsterdam.

Le trajet dura plus de sept mois; car ils n'entrèrent au port de Goa que le 6 novembre suivant.

La première des lettres de Couplet venue des Indes, dont j'ai connaissance jusqu'à présent, est la suivante, adressée à un père inconnu.

III.

Le P. Couplet à un Père inconnu.

Macao, 4 février 1659.

Reverende pater in Christo.

Pax Ejusdem.

Ne mihi imputet Reverentia Vestra, si forte litterae nostrae ad manus non veniant, uti nec ego imputo Reverentiae Vestrae, si litterae, quas scripsit, praeter unicas, ad me hactenus non pervenere. Misimus via, qua potuimus, securissima itinerarium nostrum totum..... Solum supererat iter nostrum ex Syamo regno Macaum usque, ubi e PP. Belgis quatuor sani et incolumes, Deo favente, versamur. Mensem fere huic navigationi impendimus ; singulis navibus Lusitanis (erant autem quatuor) singuli patres erant assignati. Duae naves, quibus ego et P. Franciscus [Rougemont] vehebamur, appulere feliciter. Duae aliae, quibus P. Antonius Gardini et P. Petrus Marques, frater gloriosi in Japonia martyris, vehebantur, quasi naufragium fecere : altera ad Cochincinam, ad Haynanum altera, salvis tamen nautis et vectoribus, in littus impegere.

Hic invenimus Macai P. Martinum Martinii[1] cum paucis sociis ex multis, quos partim mare sepeliit, partim aegros Goa et Macassar ad tempus tenent.

Quis assequatur, quanto nos gaudio cumularit aspectus P. Ferdinandi [Verbiest] et P. Alberti [Dorville] ! qui tamen

[1]) Le père Martin Martinii, l'auteur du premier atlas de la Chine, était parti pour Rome en compagnie du jeune père Dorville, et arrivé en Chine, en 1658, avant le père Couplet.

luridi ac squalidi adhuc, quanta prae nobis passi sint, ipso sane aspectu satis loquebantur; at modo, Deo sint laudes, hoc semestri paulatim ad se rediere. Haec breviter, mi Pater amantissime, dico, non ut tam sanctis laboribus et itineribus quemquam deterream, sed ut sciant, qui ad missiones vocantur, quanta oporteat eos pati propter Deum, qui ita dilexit nos. Hoc scilicet est ire in Indiam; haec sunt praeludia quaerentium animas; hoc praetio illae emuntur, et non alio!

Sex numero patres Goa discessimus, non uno tempore, nec una via. Qui omnium securissimus videbatur, haustus a mari est prope Manillam, deliciae nostrae P. Georgius Haynes, Anglus. Qui omnium fortissimus, Mussilipatami animam reddidit, P. Antonius de Saldanha; et e tribus Belgis tertium solvere tributum morti voluit Deus in regno Sionis Ignatium[1]; Ignatium, inquam, vere zelosum, vere sanctum. Quartum autem patrem Boym an mare hauserit dubitamus. Et duo, nos fragiles et miseri, in vivis adhuc relinquimur. At tamen, post tot funera, invitamus Reverentiam Vestram ad hos labores, credimusque gloriosius Deoque acceptius illis immori, vel in via, quam in patria longam trahere senectutem etiam in laboribus apostolicis.

Sane, si haec funera quemquam ab eis suscipiendis itineribus deterrere debeant, magis deterrere debent Belgas a castris, a regiis classibus, a domibus peste infectis, quibus tot immori praeclaros viros in Dei et animarum obsequium quotannis cernimus. Non frustra sane vel moriens Ignatius [Hartoghvelt] fratrem suum amantissimum Bernardum invitabat, quem et ultimo vitae die, tanquam praesentem jam compellabat, et amplecti videbatur; noverat enim quam dulce erat pati hic pro Christo, ubi tam dulce illi erat mori sub paupere tecto in causa tam pia et secura. Sane, etsi ille desideriis adeo sanctis immortuus sit, et nobis inter maximas spes ereptus, existimo

[1]) Ignace Hartoghvelt, d'Amsterdam.

tamen plus aedificationis ac fructus actu illo adeo heroico in animis etiam omnium haereticorum in Hollandia, Lusitania et Oriente toto reliquisse, quam in patria facturus fuisset diuturna vita; quamtumvis, ut erat maximis naturae et gratiae donis praeditus, magnos labores in patrio solo animarum causa suscepisset cum successu optatissimo. Incredibile est, quantum adventus ipsius, aut potius discessus ex patria commoverit animos undequaque Hollandorum, quos per viam contigit saepius invisere, et apud quos etiam hospitati saepius fuimus, cum viderent audirentque eum, relictis sponte omnibus, in ultimum Orientis tendere, ut in conquirendis Christo animabus, divino redemptis sanguine, vitam totam animamque ipsam impenderet. Manet aeternumque manebit infixa animis omnium tantae rei memoria vel inter heterodoxos.

Hi sane nunquam ostendere poterunt aliquem sui Evangelii praeconem, qui, relictis omnibus in perpetuum, se conferret in terram infidelium, ubi nec Europaeus inveniretur, addisceret gentis istius linguam, seque totum sine spe reditus sponte in conversionem animarum usque ad ultimum vitae spiritum immitteret.

Jactabunt illi quidem, quantum in insula Formosa in convertendis animabus insudent; sed, ut ego ab ipsismet saepius audivi, non aliud faciunt quam eos, qui ibidem a Castellanis [Hispanis] doctrinam catholicam hauserant, in suam trahere sententiam et ad vitae libertatem. Istud et alibi fecere, et in Europa; et quia id adeo facile est ac lapidem jam vi sua cadentem manu impellere, ut citius cadat; quid obsecro tandem ab illa compania exspectetur, quae, ubicumque pedem figit, inde exulare jubet religionem, et quidquid in ea sacrum est.

Exhorresceret Reverentia Vestra, si illa referrem, quae acta sunt in Ceylano capta, ubi supra 80 millia Christianorum numerabantur, et quae alibi. Sed ea Dei judiciis reservata malo, quam hic referre. Utinam quidem illa natio [Batavica] avitam fidem susciperet. Quanta sane toto orbe emolumenta

praestare posset rei christianae, devehendo, quacumque navigant, viros apostolicos !... Jam noverit Reverentia Vestra, quo pacto a paucis annis Hollandi moliti sint Sinas ingredi, missa ad Sinarum imperatorem Tartarum splendidissima legatione, sed successu nullo[1]... Quare haec me non expedit scribere. Scribant ipsi... Nos nugas mittamus, et ad nostra redeamus. . . . .

Adest nobis e medio Sinarum, dum haec scribo, R. P. visitator, Simon d'Arimha, per semestre et amplius a nobis exspectatus, vir septuagenarius et adhuc vegetus post tot exantlatos in animarum salutem labores. Felicia omnia secum fert nuntia : licentiam amplissimam de novo datam Societati nostrae per totum imperium aedificandi Domino coeli ecclesias; idque verbis in favorem nostrum et fidei augmentum efficacissimis. Ipsemet (imperator) jam aliquoties templum nostrum, non longe ab aula magnifice exstructum, invisit cum omni pompa. Quin imo patrem nostrum Adamum Schall, universalis calendarii sinensis magistrum, ita veneratur, ut decies octies illum ipsemet inviserit, et aegrotantis lecto assederit; res, quae sane, uti est inusitata, ita omnes in stuporem nescio an non et in invidiam rapiat. Illius sacro quotidie inserviunt quatuor mandarini. Fuit, cum supplicationem institueret Sanctissimi, cui supra 800 cum facibus assisterent mandarini, frendentibus nequicquam stupidis bonziis, nec contra hiscere per totam Chinam audentibus. Adeo in honorem et aestimationem etiam apud gentiles est fides nostra sancta catholica romana ! Tot illa libris conscripta et comprobata, tot ponderibus rationum per universum imperium manifestata, ut, quamvis nec miracula fierent ulla, nec ulli essent operarii fidei, credi possint inexcusabiles in die judicii, si legi nostrae adeo saepe et evidenter propositae non assentiantur.

Est sane quod in Domino glorietur et exultet in Jesu suo

[1]) Nieuhof, *Beschryving van 't gesandschap... aan den Tartarisschen keizer van China*, Amsterdam, 1693, in-folio.

minima Societas nostra, quod adeo fortiter suaviterque, interrupto nunquam inter bellorum vicissitudines cursu, fidem nostram paulatim promoverit, et sperare possit quod, adspirante Deo, aliquando crescet usque in perfectum diem.

Litteras annuas Sinicas anni 1655, 1656, 1657, secum in Urbem defert, et, ut ipse sperat, etiam in Belgium R. P. Philippus Marini, Genuensis, electus procurator Japoniae in Urbem, vir maximis naturae et gratiae talentis praeditus. Is nuper cum aliis e patribus Tunkino jussus est abire ab ipso rege, qui primum quidem maxime favere videbatur, postmodum autem, ut est natura horum regum maxime varia, ob eventus praeliorum infaustos, et nescio quae alia, patres ad tempus ire jussit Macaum, relictis solum in regno suo duobus, qui assistant animarum ad minimum ducentis millibus : permittens tamen, ut anno sequenti cum muneribus redeant duo, et postmodum reliqui. Sed haec leget fusius Reverentia Vestra in annuis Tunkinensibus. Ego finem scribendi non invenirem.

Superest, ut Reverentiam Vestriam obtester, ut occasione Patris procuratoris Japoniae (qui nos novit quam optime, et has litteras secum defert) scribat ad nos Reverentia Vestra statum Belgii, imo breviter Europae totius, et praecipue Societatis, matris nostrae.

Omnia, quantumcumque vetera, hic nova erunt et gratissima. Sciam, qui mortui sint ab anno 1656, ut eorum quotidie possim in *Memento* Missae reminisci. At praesertim inquirat Reverentia, an pater et mater, qui me Deo genuerunt, adhuc in vivis sint?...

Dignetur item scribere quousque *Acta sanctorum* P. Bollandi et P. Henschenii typis edita sint? Etiam hic Macai et Manillae aliquid conati sumus invenire. Etiam commendatum reliquimus P. Philippo Marini, ut qua transiret, meminisset inquirere, quod ad tam illustris operis augmentum faceret... Ego nestoreos annos ad Dei et sanctorum gloriam scriptoribus et opto et apprecor.

Gestimus scire, si quae alia typis edita sint; si quae in missionibus Hollandiae facta sint aut scripta? Et haec omnia, brevibus verbis, sciat Reverentia Vestra nobis fore gratissima.

Quod si huc venturae sint in partem laborum nostrorum auxiliares copiae quaedam, adferant imprimis animum laetum et ab omnibus expeditum, qui praeter finem, quem prae oculis habet, nihil omnino sibi attrahat. Incredibile enim est, quantum in his itineribus frangantur ii, qui inanes sollicitudines, anxietates, perturbationes, passiones, sive circa res suas, sive circa nationes, cum quibus agendum est, sive circa superiores aliquando indiscretos, in animo fovent et nutriunt. Hic vero juvat animus in tot malis vere bonus et pacificus. Habeant praeterea animum erga res et gentem Lusitanicam propensum; et non attendant ad defectus, qui in Belgio sunt particularium; sed ad ea, quae natio illa, fidei avitae retinentissima, sive in conservando per Orientem totum in suo flore religionem, sive in mittendis per 100 annos toto fere orbe subditis inter paucos sexcentis, quos Lusitania numerat. Ego sane, ut de me fatear, iis propensissimus sum. Caeterum id conforme est regulae; et, si contrarium fiat, nihil boni et multa ferent mala, qui contra illam nationem loquuntur.

Si qui veniant, adferant potius quam mittant libellos controversiae flandricos, quos, ubicumque sunt Hollandi, spargant, uti misimus per omnes fere *flitorias* seu domos mercatorias... Meminerint vero non ferre farraginem librorum, quibus hic et Goae tineae student, et quae mera sunt in itinere impedimenta ac sumptus inutiles. Ferant imagines Salvatoris et Deiparae, etiam pro gentibus, vitra multa, theriacam, nummos.... Nos, cum Goa discessimus Reiaporum, reliquimus ibi in domo anglica res fere nostras omnes, et alias Cochini, ut expediti iter perficeremus terrestre; at ecce, Deo laus, per tres vias invenimus omnia Macai ante nos delata, cum tamen pro derelictis ferme haberemus.

Sed pluribus scribendis charta locum non dat; neque

tempus. Cras enim sacra exercitia incipimus, professionem nostram facturi, septem patres missionis Sinensis : Itali duo, Lusitanus unus et Germanus, tres Belgae; quartus (Belga), qui est P. Dorville, ad sex fere annos exspectare debet.

Vale, amantissime mi pater ac frater in visceribus Domini, atque Deum ardenter ores, ne tot ingratitudines meas et peccata luant, ad quos pergo, infideles; quorum conversionem melius procurare potuissent tot e Belgio candidati, quorum locum indignus ut quid occupo! Sed bonum Dominum habeo, in quem me totum projicio.

Macai, pridie SS. martyrum Japonensium, 4 februarii 1659.

Reverentiae Vestrae servus in Christo,

PHILIPPUS COUPLET.

J'insère ici une lettre du P. Rougemont, qui dirigera le lecteur en ce qu'elle contient relativement au P. Couplet.

IV.

27 juillet 1661.

Reverende in Christo pater,

Quam infesta sint, quae nos dividunt maria,.. vel ex hoc uno potest intelligi, quod ex quo tempore pervenimus in Indiam Sinasque, vix ullae litterae ex Belgio nobis venerint, et tamen missas esse quamplurimas nos opinamur et scimus, qui quanta sit istius provinciae charitas cognovimus. Utinam nostrarum litterarum pervenerint saltem aliquae! Misimus certe plures ex Indiis... et ipsa hac China. Narratio quidem itineris, quam via Jacquetrensi misimus, si non intercidit vel est suppressa, voluptati procul dubio legentibus fuerit.

Via enim minime trita ex Indiis profecti sumus in Chinas; et quia terrestris magna ex parte fuit, mores multorum vidimus et urbes. Spero equidem pervenisse ad vos ex multis aliquas,

atque adeo plane non attingam praeterita. De praesentibus, quoniam jam novus pater procurator Romam pergit, supervacaneum quoque videtur scribere... Itaque de quatuor Reverentiae Vestrae filiis, qui in hanc provinciam ante biennium ingressi sumus, quo quisque degamus loco, quo fungamur munere, breviter exponam.

P. Ferdinandus Verbiest, cum versaretur in provincia Xen-si, ubi numerosam ac florentem christianitatem habemus, atque inter montes istos laetus et sua sorte maxime contentus animas venaretur, superiore anno litteris imperatoriis in aulam accersitus est; et magnis tota via honoribus exceptus, destinatus est successor R. P. Joannis Adami Schall, aetate jam plurimum provecti; successor, inquam, in illa calendarii sinici cura, quae tantas utilitates peperit nostrae missioni, et est illius quasi praecipuum (de humanis ago) fundamentum. Porro placet dicto patri [Schall] mirum in modum P. Ferdinandus, tum ob egregiam virtutem cum magna prudentia conjunctam, tum etiam ob admirabilem peritiam rerum mathematicarum, et, quod admirationem augeat, privato fere studio acquisitam. Curat autem rem christianam fervore ac successu tanto, tametsi tot inter aulae strepitus, curasque mathematicas, ut dictus P. Schall nuper scripserit sperare se aemulam Xamhuianae ecclesiam (est haec omnium, quas China habet, numerosissima) brevi exorituram in aula Pekinensi.

P. Albertus Dorville, in provincia Xan-si commorabatur annum et amplius. Jam linguae et litterarum peritiam non vulgarem consecutus, sublevabat magnos labores P. Michaëlis Trigault (est hic Nicolai ex fratre nepos), qui provinciae istius ecclesias non paucas unus per annos plurimos administrat. Sed ecce P. Joannes Baptista Grueber in Chinas ab admodum R. P. nostro missus ad aperiendam quamcumque tandem terrestrem ex Persia in Chinas viam, socium sibi petit tam ardui operis P. Albertum. Profecti sunt igitur hoc anno occasum versus, quo successu, qua spe transeundi nondum constat.

Arduum est plenumque mille periculis iter. Protegat eos clementissimus Deus!

P. Philippus Couplet per duos prope annos habitavit in provincia Kiam-si, socius P. Jacobi Lefebvre, natione Galli, ejus, qui modo Romam destinatur, estque vir magnarum plane virtutum, magnorum talentorum. Hic ad me de P. Philippo scribens, egregias ejus virtutes depraedicat, et magno cum sensu Christianorum ex urbe Cancheu jussu patris vice-provincialis avocatum, discedere ait in provinciam Fokien, quo illum P. Antonius [De Gouvea], jam fractus aetate multisque pro Christo laboribus, missionarius invitat, et a patre vice-provinciali petit socium sibi ac successorem, litteris ejusmodi, quae facile declarent magnam virtutum ejus praevolasse jam famam. Magnam provinciam obtinet P. Philippus, cui convertendae et excolendae uni quotquot sumus in China missionarii vix sufficimus.

Denique, ut de me quoque Reverentiae Vestrae notitiam dem aliquam, postquam in metropoli provinciae Che-kiung, dicta Ham-cheu, per annum litteris ac linguae sinicae dedi operam, magistro P. Martino Martini (quem quidem magno totius missionis luctu, jactura magna, Deus superiore mense vocavit ad praemia maximorum laborum excipienda) missus sum in civitatem provinciae Nanchinensis Xam-hai dictam. Porro Xamhaiana missio est omnium, quas in China habemus, sine dubio maxima. Ecclesiis constat 56, in quibus cum decore missa celebrari potest, et sunt ex his non paucae elegantes ac venustae. Sodalitia beatae Virginis 150 numerantur. Christianorum cujusvis aetatis ac sexus supra 40 millia. Quid multa? Pauci dies sunt, quum ex missionibus domum redeo; in illis 2 circiter menses versatus, ecclesias 27 obivi, revera vix otium nactus toto illo tempore reficiendi parumper corpus necessario somno victuque. Tanta fuit frequentia confitentium et aliorum, quibus alia sacramenta administranda. Baptizatorum numerus excedit 600; res haud nova, cum singulis annis ad minimum

2000 hic baptizentur. Porro fervor ac pietas Christianorum est singularis; et, de quo imprimis gratias agendas esse Deo censeo, tam felix est institutio juventutis in doctrina christiana, ut profecto parvi nostri Sinulae multis Europaeis adolescentibus incutere jam possent ruborem. Excoluit hanc vineam per annos jam 25 P. Franciscus Brancati, Panormitanus, eximiarum virtutum vir... Sub hoc magistro tanto (quae utique magna felicitas est mea) per annum jam tironem ago. Utinam norim discere, utinam proficere. "

V.

Le P. Couplet à un inconnu[1].

Canton, 10 novembre 1666.

Cum procuratore Japoniae hanc brevem praemitto epistolam, largiorem differens in discessum nostri procuratoris (sinensis), qui verosimiliter post bimestre hinc solvet, et de hac persecutione brevem aliquam a nobis relationem feret, praeter alias fusissimas, alteram latino idiomate per P. Fabiani, gallico alteram per P. Adrianum Trelon, prelo dignissimam, ex qua colliget Europa quam altas per 80 annos radices fixerit christiana religio[2]...

Degimus hic in ultimo Sinarum angulo velut exules et in carcere, si ecclesiam nostram, in qua non incommode moramur, liceat carcerem appellare.

Numero hic sumus 24, si tres e sancti Dominici familia, et e sancti Francisci unicum, egregios utique virtutis et litteraram viros, annumeremus.

Quatuor insuper Societatis nostrae Pekini resident, quos inter P. Ferdinandus Verbiest, qui maximam sibi authoritatem per totam aulam conciliavit, dum pro innocentia P. Adami

[1]) Probablement le père Thomas Dekens.

[2]) Il sévissait alors contre les Pères une persécution qui a duré huit ans, de 1664 à 1671.

Schall ob paralysin elinguis facti, coram nobilissimo regulorum et tribunalium omnium consessu, novem licet catenis onustus, peroravit non semel.

Degimus autem hic hilares et spe pleni, veluti milites qui ad hiberna concedunt, proximo vere in campum et bellum majoribus animis processuri. Si unquam alias libros sinicos mira aviditate revolvimus, nova hinc ad Dei gloriam arma comparantes, si quando illucescat dies, qua in pristinas et desideratas sedes Dei benignitate revocemur.

Ad me quod attinet, jam ex tot morbis, Deo favente, utcumque convalui, et per hoc otium, ut spero, in dies magis convalescam. Fateor equidem, ex quo in Sinas veni, satis saepe tentata fuit mea valetudo; nam secundo anno maligna febris me ad extrema redegit, qua patrocinio potius sancti Xaverii, cui votum feceram, quam medicorum ope solutus fui; nam ea ipsa nocte, qua sancto voveram, adeo se remisit febris, ut, mane facto, adventantes duo medici christiani, tentato pulsu, me convaluisse dicerent, qui pridie de me desperaverant. Missus deinde sum ex provincia Kiam-si in metropolim provinciae Fo-kien. Inde post annum et dimidium revocatus sum ad fundandam novam ecclesiam in provincia Ko-nau, occasione domini Basilii, qui illius provinciae praecipuam quoad criminalia praefecturam agebat, expetebatque suis sumptibus ecclesiam totius imperii primam, uti promiserat, exstruere. Sed medio in itinere interrupta fuere nostra consilia, et missus sum in proximam provinciam Hu-quam; unde post sex menses fui revocatus, quia scripserat P. Schall, aliique, ut quandoquidem Batavi in Fo-kien erant admissi, eo denuo me remittere ob multa emolumenta, quae hinc nostrae missioni possent obtingere.

Quare Namkin petii, et simul ejus civitates duas Cham-ke, ubi degebat P. Franciscus Rougemont, et Xam-hai, ubi P. Brancatus cum numerosissima sexaginta fere millium Christianorum messe. Hic subsistere me coëgit morbus dysentericus per trimestre, qui mihi fere vitam hausit.

Cum jam convalescerem nonnihil, ecce illa tempestas Pekini contra rem christianam oborta iter et spes nostras intercepit. Pagos tum percurrebam 34, in quibus baptizaveram quadringentos et amplius, exceperam multorum confessiones, cum post multa audissem nos citari omnes Pekinum ab imperatore. Me ultro stiti praesidi Fucheurno, ac dein proregi, qui utique nos benigne satis in ecclesia reliquit, donec Pekinum mitteret. Ibi cum essemus omnes, in febrim rursum incidi malignam, a qua cum, Deo favente, nonnihil convalueram, destitutus ut eram viribus, coactus sum cum reliquis patribus Cantonum petere. Sex menses integros tenuit haec navigatio commoda satis, quippe regiis et maximis navibus. Quinto mense itineris rursus me invasit febris similis, et jam sancto Viatico ad aeternitatis iter me muniveram, cum appulsi ad urbem Cancheu, a medico illius primario et christiano, mihi olim notissimo, paulatim mihi restitutus sum, et quam potui commodissime usque in hanc urbem Quamtum devectus sum. In hac quiete paulatim ad me redii, et, cum me passim ut phtisicum haberent, me jam ut sanum et ad missiones repetendas fortiorem indies incipiunt agnoscere.

Hinc colliget Reverentia Vestra quam parvum animarum fructum in tot locorum mutationibus et recidivis morbis collegerim per hos annos; nam non superant numerum 1400 animarum, ubi P. Rougemont, sanctus utique et prae me zelosus, jam multa millia in suo catalogo numerat. Sed tamen non careo meis hic, seu divinis potius, consolationibus, quas Deus concedere solet iis, qui pro ejus amore patriam et chara isthic omnia reliquerunt pro animarum Sinensium lucro; fateorque ingenue, quod, tametsi vel unicum tantum toto hoc tempore hic baptizassem, sufficiens tot itinerum ex Europa et laborum solatium et pretium referre me existimarem. Unum doleo et dolebo saepius, quod ad exilium hoc fidei causa pergenti non licuit mihi feliciter mori; credebam enim, si morerer, partem aliquam saltem martyrii, tametsi levioris, mihi per eam mortem obtenturum fuisse.

Instituta fuit hic ante mensem ferme congregatio abbreviata hujus provinciae. Postquam P. Jacobus Le Faure, electus a quadriennio fere procurator, qui hanc missionem per hoc triennium loco vice-provincialis rexit, jure suo omni cessisset, et ego item meo jure, quod dubium videbatur ex eo, quod votis patrum multorum electus fuissem ante exortam persecutionem, adeoque nec legitime admonitus essem, tandem processum fuit ad electionem novi procuratoris, et, quod novum forte videbitur Reverentiae Vestrae, post decem irrita scrutinia, tandem compromissariorum suffragiis electus fuit P. Prosper Intorcetta, Siculus, vir prudens et sedati ingenii, ac eo corporis robore, quod ad talem expeditionem opus est. Ego electus sum substitutus primo scrutinio.

Ex patre procuratore intelliget Reverentia Vestra singula, quae non scribo, ne gravioribus intentam negotiis interpellem. Unum peto, ut pro ea qua valet, isthoc in loco authoritate, Reverentia Vestra faveat nostrae missioni ejusque postulatis; nam ea mihi videtur esse haec missio, ut, cum sit omnium nationum, etiam omnium patrum assistentium singularem favorem et affectum sibi vendicare posse videatur, utpote quae amplitudine sua et animarum multitudine plus quam Italiam, Germaniam, Galliam Hispaniamque complectatur.

Defert procurator philosophiam moralem Confucii, magistri Sinensis, in latinam linguam traductam, approbatamque, cujus hic prima editio in Sinis facta. Erit opus novum et gratum, saltem ob antiquitatem suam; et cum nullibi melius quam in Belgio imprimendum videatur, opus erit addi animos optimo patri, qui huic operi mirum quantum hic insudavit, ut merito tanti operis auctor dici mereatur.

Ut intelligat Reverentia Vestra hoc misero rerum statu (in reliqua Sina), qua in conditione hic habeamur; libet adscribere quomodo reguli filius, qui cum potestate reguli loco patris sui jam senescentis omnia hic administrat, invitavit in aulam suam saepius P. Jacobum Le Faure et a paucis duos

alios e nostris insuper patribus ad solemne convivium; cui interfuere ejus frater, dux exercitus generalis, aliique praecipuae notae mandarini, filio reguli primum ubique locum per vim quasi semper deferente nostris illis patribus. Miserat idem ille expressum in aulam (nuntium) paulo ante, cum litteris ad P. Adamum Schall, et cum munere 200 florenorum. Excusabat se, quod plura non mitteret, ne, si subolfaciant ei esse nummos, novum ei facessant negotium inferioris sortis mandarinuli.

Archives générales du Royaume, registre intitulé : *Mission d'Asie*, p. 85.

Cette pièce se termine ainsi. Elle n'est pas de la main du P. Couplet, mais une de ces copies qu'on tenait prêtes pour être expédiées par différentes voies, afin que l'une d'elles au moins parvînt à destination.

VI.

Les PP. Rougemont et Couplet au R.P. provincial de la Flandre-Belgique N. N.[1].

7 septembre 1671.

Reverende in Christo pater.

Pax Ejusdem.

Quoniam hoc ipso anno litteras mittimus P. Philippus Couplet et ego ad P. Carolum de Noyelle, via Batavica, quibus praesentem restauratae missionis statum exponimus, et quas adeo speramus aestate proxima perventuras in manus dicti patris, vel, in hujus absentia, in manus P. Godefridi Hensche-

[1]) Ils ne savaient pas qui était provincial, à cause de la difficulté des correspondances.

nii, idcirco breves nunc erimus, rogantes Reverentiam Vestram, ut nomine reverendi patris vice-provincialis nostri et nostro Belgarum, qui in hac missione degimus, unum ex libellis hisce Belgii gubernatori, nisi forte aliter visum fuerit, Reverentia Vestra offerre dignetur; unum item nostro utriusque nomine P. Carolo de Noyelle, unum patri rectori collegii Lovaniensis, sanctaeque illi Facultati, unum denique perillustri pioque sodalitio Virginis sanctissimae, cujus ambo curam quondam habuimus.

Non alias narratio magis authentica ex China in Europam missa est. Mirabitur Reverentia Vestra gestarum rerum seriem ac modum.

Die 8ª mensis hujus, utique auspicatissima, vela faciemus, triumphantium prope ritu, in suas singuli stationes et ecclesias reversuri. Ministri politici novae hujus dominationis sinico-tartaricae haerent attoniti; et qui Christi hostes sunt rumpuntur invidia, dum vident homines exteros et externae legis magistros denuo per imperium dispergi. Ei, in cujus manu corda regum sunt, sit honor et gloria et gratiarum actio!

Rogamus et obtestamur Reverentiam Vestram per sanguinem ac mortem Christi Jesu, ut quos idoneos esse judicabit ad missionem sinicam, et videbit inflammatis eo desideriis ferri, liberaliter, ubi designati fuerint, largiatur. Non se vinci patietur a Reverentia Vestra Bonitas ac Majestas omnipotens: pro uno duos seu potius decem substituet. Misereat Reverentiam Vestram tot millionum, quos inter tam pauci versamur sacerdotes, ut pro denis quibusque millionibus vix unus sacerdos sit, cum interim in Belgio singulis fidelium deni sacerdotes, ut ita loquar, ad manum sint. Ignoscat Reverentia Vestra tam perturbate et invenuste scribentibus, quia profectione crastina occupatissimis.

Sanctisssimis Reverentiae Vestrae et sanctae illius provinciae sacrificiis ac precibus nos pariter ac renascentem cum Virgine Deipara missionem commendamus,

Reverentiae Vestrae humiles in Christo servi,

FRANCISCUS ROUGEMONT.

PHILIPPUS COUPLET.

Ex Quang-cheu, metropoli provinciae Quang-tung, in China, 7 septembris 1671.

Quatre jours après, les deux mêmes Pères, déjà en route, adressèrent par la voie de Manille au même provincial, dont ils ignoraient le nom, la lettre qui suit :

VII.

11 septembre 1671.

Reverende in Christo Pater.

Pax Ejusdem.

Scripsimus ad Reverentiam Vestram pluribus viis, Goana et Ulyssiponensi, qua etiam misimus exempla aliquot libelli typis ligneis ac domesticis hic impressi; quo quidem libello tota series restaurationis nostrae continetur.

Hanc igitur brevibus via Maniliana atque Hispalensi scribemus, qua similiter etiam dicti libelli exempla aliquot submittimus.

Inivimus iter optatissimum ad pristinas stationes et ecclesias nostras ipso natali patronae nostrae Virginis purissimae. Excepit nos sub ipsam statim vesperam ventus typhonicus, sed in flumine et loco satis tuto; coëgit tamen horas amplius quatuor et viginti subsistere.

Triumphantium prope ritu alacres et laeti navigamus.

Vexillis singularum navium inscriptae cernuntur litterae praegrandes omnino quatuor *fum chi quei tam*, id est qui vehuntur his navibus *obsequentes voluntati regiae revertuntur in ecclesias suas*.

Rogamus et obtestamur Reverentiam Vestram per sanguinem et mortem Christi, ut quos ex ista provincia idoneos esse cognoverit ad missionem sinicam, et inflammatis constantibusque desideriis ad eam ferri, liberaliter, ubi Roma designati fuerint, largiatur. Non se vinci sinet a Reverentia Vestra Bonitas ac Majestas omnipotens. Pro uno duos vel potius decem substituet. Misereatur Reverentia Vestra infinitum hanc multitudinem animarum, pro quibus Christus mortuus est, quas inter tam pauci versamur sacerdotes, ut deni quique milliones vix unum habeant sacerdotem, cum interim singulis Belgarum deni sacerdotes, ut ita loquar, ad manum sint.

Sanctissimis Reverentiae Vestrae et sanctae illius provinciae sacrificiis ac precibus nos pariter ac renascentem cum Virgine Deipara missionem commendamus,

Reverentiae Vestrae humiles in Christo servi,

PHILIPPUS COUPLET.

FRANCISCUS ROUGEMONT[1].

11 septembris 1671, ex provincia Cantoniensi, in China.

Je n'ai pas jusqu'à ce moment rencontré d'autres lettres du Père Couplet, sinon celles que M. Visschers, curé de Saint-André à Anvers, a publiées en 1857, à Arnhem, chez Van Josué-Witz.

Celui qui voudra écrire un jour la vie du P. Couplet devra consulter toutes les lettres de ses collègues pour connaître les travaux auxquels il se livra partout avec le zèle

[1]) La fin de cette lettre diffère peu de celle de la lettre écrite le 7 du même mois; voyez ci-dessus p. 26.

d'une âme ardente, malgré la faiblesse de sa constitution physique.

Couplet s'acquitta toujours des fonctions de son ministère avec tant d'habileté qu'il fut, après 10 ans, désigné par le suffrage de ses confrères pour aller en Europe rendre compte de l'état de la mission chinoise, devenue alors plus difficile et plus critique, ou, en d'autres termes, d'être *à Rome* le *procureur* de la *vice-province de Chine*. En cette qualité, il se mit en route le 5 décembre 1681. Il y avait juste un siècle depuis l'arrivée du P. Roger, le premier missionnaire de la Compagnie dans cet empire.

Le Père fut obligé, par suite d'une tempête, de faire halte à Bantam, dans l'île de Java. C'était pour lui un grand contretemps, mais il fut très généreusement accueilli dans cette ville, et soigné par le gouverneur hollandais du port, pendant le long séjour qu'il dut y faire. Ne trouvant pas de navire faisant voile vers l'Europe, il resta à Bantam jusqu'au 8 février 1683, et n'arriva que le 8 octobre de la même année à Enckhuysen, en Hollande.

Bientôt après il se rendit à Malines chez son vieux père. Son arrivée dans sa ville natale fut comme un triomphe. Le Grand-Conseil lui-même voulut bien traiter le courageux missionnaire avec honneur. Je laisse les détails des fêtes à l'écrivain futur.

Un jeune Chinois, nommé Michel, accompagnait partout le père; par sa piété simple, sincère et expansive, il édifiait tout le monde, servait la messe, revêtu du costume de son pays, et faisait toutes les profondes démonstrations de respect religieux usitées en Chine.

Le père provincial avait chargé le jeune P. Vanhamme, natif de Gand, d'accompagner partout le P. Couplet, avec ordre de le soigner, de manière à ce que son voyage fût un moyen de rétablir sa santé. Le Père fut reçu en conséquence dans les colléges des deux Flandres avec toutes les attentions que

peut suggérer la charité fraternelle, et la jeunesse studieuse lui rendit hommage avec les applaudissements les plus solennels. En France, à la cour de Louis XIV, il en fut de même; mais Couplet profita de tout dans l'utilité de sa mission, au point que le puissant roi et ses ministres s'intéressèrent peut-être trop à son œuvre. Car les nombreux missionnaires français, pensionnés par le gouvernement, arrivés depuis lors en Chine, firent ombrage à l'exclusivisme traditionnel des mandarins chinois.

Il faut lire ici les détails qu'on trouve dans une vieille vie flamande du P. Vanhamme, publiée récemment d'après un manuscrit conservé longtemps dans sa noble famille, et éditée dans la collection des *Bibliophiles* flamands, par les soins de M. Serrure, professeur de l'université de Gand[1].

A Rome, Couplet fut obligé d'entamer d'importantes correspondances avec la Chine, relatives aux difficultés de l'époque et aux rites chinois, que d'autres missionnaires regardaient comme superstitieuses. Il fut obligé d'attendre les réponses et ne put quitter Rome qu'en 1691. Il revint par la France et la Belgique, s'embarqua de nouveau en Hollande, mais malheureusement, lorsqu'il était presque en vue de Goa, une tempête affreuse qui dura du 15 au 19 mai, causa la mort de notre vaillant compatriote le 15 mai 1692, un samedi soir. Le Père Nicolas Dufour, Belge, d'autres prêtres, ainsi que le Chinois Michel, périrent en même temps. Le navire sans mâts, et tout dépareillé n'entra dans la rade de Goa que dix jours après la mort du père Couplet. Dieu seul sait ce que sont devenus les importants papiers dont il était chargé[2].

[1]) Ce savant archéologue a placé en tête du livre une dissertation très érudite, pour éclaircir la rédaction de l'auteur, M. Vanderheyden, autrement nommé de la Bruyère, neveu du P. Vanhamme.

[2]) Le P. Guillaume Vanderbeken, natif de Bruxelles, l'un des passagers de ce malheureux navire, eut cependant la vie sauve. C'est par ses lettres, écrites des îles Mariannes au P. Gérard Bouwens, le 27 octobre 1694, qu'on eut les premières nouvelles du triste événement: Le P. Nicolas Dufour était mort au passage du cap de Bonne-Espérance.

On comprend que celui qui écrira, un jour peut-être, la vie de cet homme de mérite, de ce vieillard devenu septuagénaire malgré les travaux les plus pénibles, aura encore de nombreuses recherches à faire, des lettres inédites à déchiffrer, des livres à compulser, des difficultés à éclaircir ! Quant à moi, je suis heureux d'avoir indiqué un peu la voie pour y parvenir, et d'avoir contribué à conserver la mémoire d'un digne enfant de Malines.

C. F. Waldack, S. J.

La chapellenie des ames, fondée a l'église paroissiale de Melsbroeck, est unie a la cure.

11 juin 1596.

Matthias, Dei et Apostolicae Sedis gratia archiepiscopus Mechliniensis, universis et singulis presentes visuris salutem in Domino. Exigit officii nostri debitum, ut illis subditorum nostrorum votis libenter condescendamus, per quae pastoribus minus sufficienter provisis seu dotatis de portione canonica juxta decreta generalis concilii Tridentini provideri recognoscimus. Exhibita siquidem nobis pro parte dilecti nobis in Christo Guillelmi de Pretere, presbyteri, curati ecclesiae parochialis de Melsbroeck, nostrae diocesis, petitio continebat, qualiter fructus, redditus et proventus ejusdem ecclesiae tam exigui sunt, ut juxta exigentiam sui status sacerdotalis et officii pastoralis commode ex iisdem sustentari non possit. Nobis propterea humiliter supplicavit, quatenus secundum dicti generalis Tridentini et provincialis nostri Mechliniensis conciliorum formam, tenorem et decreta pro aliquali portione canonica capellaniam animarum in eadem ecclesia fundatam (cujus ipse exponens rector et possessor existit) dictae suae curae sive ecclesiae imperpetuum unire, annectere et incor-

porare, litterasque nostras in talibus necessarias decernere et concedere vellemus et dignaremur. Nos igitur, attendentes supplicationem hujusmodi fore justam et rationi consonam, de et super veritate praenarratorum omnium et singulorum, nec non valore ac dote dictorum beneficiorum simul uniendorum ad plenum informati, et quia per informationem hujusmodi comperimus narrata veritate fulciri, ac venerabiles dominos de capitulo ecclesiae collegiatae divae Gudilae oppidi Bruxellensis, capellaniae praetactae patronos seu collatores, in unionem, annexionem et incorporationem suos consensum et assensum debite praestitisse, supplicationi praetactae favorabiliter inclinati, dictam capellaniam animarum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis universis, uniendam, annectendam et incorporandam duximus, prout unimus, annectimus et incorporamus per praesentes. Volumus tamen atque districte praecipiendo mandamus, quod propter unionem et annexionem predictam neutrum beneficiorum praefatorum suis fraudetur obsequiis, sed illorum onera consueta et fundationes debite persolvantur et supportentur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes litteras exinde fieri et per notarium subsignari sigillique nostri jussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Mechliniae, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, mensis junii die undecima.

Archives particulières. La pièce originale est munie du grand sceau de l'archevêque, en cire rouge.

Quelques mots sur le lieu de naissance de sainte Reinelde.

Les historiens ne sont pas d'accord sur le lieu de naissance de sainte Reinelde, vénérée d'une manière toute spéciale à Saintes, village situé entre les petites villes de Hal et d'Enghien, et dans l'église paroissiale duquel reposent ses restes mortels. Molanus, dans ses *Natales Sanctorum Belgii* (16 *juillet*), est le premier qui ait mis en doute le lieu de naissance de la sainte : *Examinent vero Belgicarum antiquitatum studiosi, an nata sit in Condato, Hannoniae oppido, an vero Condaci, apud Antverpiam*[1].

Bollandus, dans les *Acta sanctorum*, examine à fond la question et conclut en faveur du village de Contich. Voici ses motifs : 1° La vie de sainte Reinelde est remplie de fautes; il n'est donc pas étonnant que l'auteur, supposant qu'il s'agissait ici de Condé, ville du Hainaut, écrive *Condacum castrum super Scelt fluvium*. 2° L'abbaye de Lobbes, à laquelle sainte Reinelde légua ses possessions, a toujours conservé plusieurs biens-fonds à Contich près d'Anvers et n'en a jamais possédés à Condé dans le Hainaut. 3° Toutes les possessions, tant patrimoniales que dotales qui appartenaient à Witjer, père de sainte Reinelde, du chef de son épouse sainte Amelberge, étaient situées en Brabant[2].

[1]) Ed. de Douai, 1616, p. 137.

[2]) Voyez *Acta Sanctorum februarii* (ed. Veneta 1736), III, p. 251, n° 4; I, p. 379, nota *e* ; et Ghesquière, *Acta Sanctorum Belgii*, II, p. 339. n.4. Sollerius est d'accord avec Bollandus ; voyez *Acta Sanctorum julii*, III, p. 68, nn. 27 et sqq., et Ghesquière, *Acta Sanctorum Belgii*, IV, p. 637.

Des trois arguments sur lesquels s'appuie Bollandus, il n'y a guère que le second qui fasse pencher la balance en faveur de son opinion; aussi Ghesquière n'a-t-il pu y opposer que des suppositions toutes gratuites. Mais les autres arguments que Ghesquière produit pour réfuter l'opinion de Bollandus ont un certain poids, et méritent d'être examinés attentivement. Nous croyons devoir reproduire en entier le passage de Ghesquière : " Huic Bollandi opinioni ego subscribere non " ausim; cum vox *Condate*, a qua *Condatum* et *Conda-* " *cum* derivata esse videntur, antiquitus adhibita fue- " rit ad designandum oppidum vicumve ad duorum " pluriumve amnium confluentes situm, uti videre est " in *Notitia veteris Galliae* sermone gallico conscripta " a D. d'Anville (pag. 236). Itaque, cum denominatio " haec rectissime conveniat *Condato* Hannoniae, utpote " ad Scaldis et Hainae confluentem sito, minime vero " Brabantiae hodiernae pago vernacule dicto *Contick*, " utpote duabus ferme leucis a Scaldi et Rupela dis- " sito; nihil ego causae video, cur Condacum castrum, " super Scelt fluvium situm, existimemus esse pagum " *Contick*, non vero *Condatum* Hannoniae, vulgo *Condé*. " Neque obstat, quod Lobienses negent se Condati in " Hannonia latifundia quaedam possidere, aut memi- " nisse a majoribus suis quidquam boni illic possessum; " cum fieri possit, ut bona a se olim illic possessa jam " a multis saeculis vendiderint, vel ut haec ablata illis " fuerint sub Carolo Martello, aut ab ipsis abbatiae " suae *advocatis;* cujus quidem rei complura exstant " exempla[1].

[1]) *Acta Sanctorum Belgii*, II, p. 343.

Ghesquière soutient donc qu'il s'agit ici de Condé et non de Contich : 1° parce que cette supposition est conforme au texte de l'auteur de la vie de sainte Reinelde, disant que *Condacum* se trouvait sur l'Escaut; 2° parce que le mot *Condacum* signifie le confluent de deux ou plusieurs rivières; or Condé est situé sur le confluent de l'Escaut et de l'Haine, tandis que Contich est à deux lieues du Rupel et de l'Escaut; 3° en ce qui concerne les anciennes possessions, l'abbaye peut les avoir vendues, ou bien Charles Martel et les avoués de l'abbaye peuvent s'en être emparés.

Somme toute, il y a d'excellents arguments de chaque côté. Bollandus s'appuie à bon droit sur les anciennes possessions de l'abbaye de Lobbes à Contich, possessions qu'elle a toujours conservées du moins en partie. Ghesquière a pour lui la signification du mot *Condacum*, et la situation de Condé conforme au texte : *Condacum castrum super Scelt fluvium*. Il est certain que si nous pouvons trouver une localité située sur l'Escaut, près du confluent de deux ou plusieurs rivières, où l'abbaye de Lobbes avait anciennement des possessions et portant le nom de *Condacum*, nous aurons prouvé péremptoirement que c'est bien là le lieu de naissance de sainte Reinelde.

Avant d'aller plus loin, nous tenons à faire une remarque générale. De même que nous ne pouvons porter un jugement impartial sur les événements et les personnes des temps passés si nous les jugeons avec les idées modernes, de même aussi nous ne pouvons donner une bonne description des anciennes localités, si nous avons recours à la topographie ac-

tuelle. Citons quelques exemples : on trouverait absurde aujourd'hui de soutenir que Renaix, Grammont, Termonde, etc., sont situés dans le Brabant, Louvain, et Tirlemont en Hesbaye; que le pays des Frisons s'étend jusqu'à Cluysen près de Gand; que Vorsselaer près de Herenthals confine à Ryckevorsel près de Hoogstraeten, etc. Et cependant tout cela était exact autrefois. Pour bien juger la question qui nous occupe, il nous faut donc examiner d'abord si le village de Contich avait, du temps de sainte Reinelde, la même circonscription qu'au siècle dernier; nous devons nous demander si Contich n'a pas été démembré du côté de l'Escaut et du Rupel, enfin si anciennement Contich ne touchait ni à l'Escaut ni au Rupel.

Beaucoup d'anciennes paroisses ont été démembrées, surtout aux XIIe XIIIe et XIVe siècles; nous avons donné plusieurs actes de démembrement dans les *Analectes*, et nous en donnons encore deux à la suite de cet article qui se rapportent précisément à la paroisse de Contich; on y trouvera l'érection en paroisses spéciales des chapelles de Reeth et d'Aertselaer. Ce ne sont pas les seules paroisses qui reconnaissent l'église de Contich comme leur mère. Les possessions et surtout le droit de patronage que l'abbaye de Lobbes a conservés dans plusieurs localités voisines jusqu'à ce qu'elle les céda, au XVIe siècle, au cardinal de Granvelle[1], nous donnent la conviction que les villages de Boom, Hemixem, Mortsel, Hove et Niel étaient aussi autrefois des dépendances de la paroisse de Contich[2]. Nous avons des

[1]) Voyez ci-dessous la note de la page 40 ; et *Analectes*, V, p. 469, et VI, p. 256.

[2]) Le Roy, *Notitia marchionatus*, pag. 120.

preuves certaines pour les deux dernières localités. En effet, parmi les pièces d'un procès qui surgit au XVIe siècle entre le curé de Niel et les décimateurs du village, il est dit sans conteste : „ *Quod ecclesia de Niel fuerit quarta capella parochiae de Conticq, et ob multitudinem inhabitantium in parochiam erecta*[1]. Il n'y a pas de doute non plus pour la paroisse de Hove. Dans les pièces d'un procès entre les églises de Contich et Hove, conservées aux archives de l'archevêché de Malines, nous avons trouvé que le clergé de Contich, ayant refusé de se rendre processionnellement à l'église de Hove un jour des rogations, le curé et les marguilliers de cette paroisse réclamèrent contre ce refus et obtinrent gain de cause. Ils s'appuyaient surtout sur le droit coutumier prescrivant à l'église-mère de visiter les églises filiales à la procession des rogations, comme les églises filiales, de leur côté, étaient obligées d'assister avec leurs *bancruces* à la grande procession de l'église-mère qui avait lieu à la fête de Pentecôte.

De tout ce qui précède nous concluons, sans crainte de nous tromper, que c'est bien Contich qui est le lieu de naissance de sainte Reinelde : 1° parce que ce village était réellement situé sur l'Escaut et sur le Rupel, et que sur son territoire, ou tout au moins à quelques pas de là[2], se trouvait le confluent du Rupel et de

1) Archives de l'archevêché de Malines, farde de Niel.

2) Le confluent du Rupel et de l'Escaut se trouve actuellement sur le territoire de Schelle, mais à quelques minutes du territoire de Niel. Nous avons la conviction que le village de Schelle, qui est peu étendu et renfermé entre l'Escaut, Niel et Hemixem, était primitivement, comme les autres villages voisins, une dépendance de Contich.

l'Escaut et même de la Dyle, de la Senne et des deux Nèthes, formant ensemble le Rupel; 2° parce que les possessions de sainte Reinelde données à l'abbaye de Lobbes se trouvaient à Contich et dans ses hameaux érigés plus tard en paroisses séparées.

C.-B. D. R.

DOCUMENTS[1].

I.

Délimitation de la nouvelle paroisse de Schrieck, etc.

4 avril 1309.

Reverendo patri in Christo et carissimo domino Philippo, Dei gratia Cameracensi episcopo, HENRICUS, decanus ecclesiae beati Rumoldi Machliniensis, et frater JOANNES DE MALRE, monachus loci sancti Bernardi, ipsi devoti filii, subjectionem humilem et promptam obedientiam in mandatis reverendae Paternitatis Vestrae. Mandatum nobis directum per vestras litteras praesentibus annexas diligenter exequentes secundum formam ejusdem mandati, ad loca de Archelaer[2], de Reet et de Schriecke personaliter accessimus, super singulis articulis in vestro mandato contentis inquirentes solicite veritatem, vocatis ad haec authoritate vestra omnibus, qui de jure fuerant evocandi. . . . .

Similiter ad locum de Schriecke personaliter accedentes, vocatis omnibus, qui vocandi fuerant, et domino Willelmo, curato de Berzela[3], specialiter, in cujus parochia dictus locus

[1]) Ces documents et les notes qui les accompagnent nous ont été communiqués par le chanoine Dillen, bibliothécaire-archiviste de l'abbaye de Parc.

[2]) *Archelaer*, Aertselaer..

[3]) *Berzela*, Beersel près de Heyst-op-den-Berg.

de Schriecke consistit, domino Simone curato de Putte, Joanne filio Simonis custodis, Waltero de Gore, Egidio filio Pauli, et Paulo patre ipsius, ac multis aliis juratis testibus fide dignis; invenimus in eodem loco de Schriecke capellam fundatam et constructam in honorem sancti Johannis Baptistae per nobilem virum Egidium Berthoudt supra dictum, dominum Machliniensem, ad cujus dominium dictus locus pertinet pleno jure, et eamdem capellam dotatam ab ipso Egidio usque ad summam duodecim librarum Lovaniensium annuatim, quae valent sedecim Turonenses, capiendarum ad decimam ejusdem Egidii Berthaut in eodem loco, una cum minuta decima valente centum solidos Turonenses vel circiter. Quam quidem decimam piae memoriae dominus Nicholaus, quondam Cameracensis episcopus, de consensu decani et capituli Cameracensis, dedit viro nobili quondam Walthero domino Berthout, domino Machliniensi, avo dicti Egidii, ea conditione quod capellae in dicto loco fundatae et ad opus capellae duodecim libras Lovanienses assignaret. Et ipsum locum de consensu eorum omnium, quorum interfuit, limitavimus, secundum quod antiquum fossatum se extendit circa dictum locum circumquaque, ad quem spectat nihilominus quaedam terra ibidem jacens extra fossatum, vocata theutonice *Berthouts-meer*, prout se extendit circumquaque. Et ad praemissas limitationes omnes observandas perpetuo inviolabiliter, ut praemittitur, (si tamen decretum vestrae reverendae discretionis intervenerit) studuimus certos palos seu limites assignare. Praedicta etiam bona omnia et singula, in districtu dominii nobilis dominae, dominae Machliniensis, ac Egidii Berthaudt, domini Machliniensis, filii sui, jacentia, per eosdem mortificare fecimus ad dictarum ecclesiarum seu capellarum usus, et ab omni eximi jurisdictione seculari, prout in litteris eorum super haec confectis luculenter videbitis contineri. Haec omnia et singula, tam dotationes quam limitationes, ordinata sunt et facta de beneplacito et consensu viri religiosi domini abbatis Lobiensis, patroni eccle-

siae de Conteke [1], in qua parochia ecclesiae seu capellae de Archelaer et de Reet sunt fundatae, necnon de beneplacito et consensu domini N., curati ejusdem ecclesiae de Conteke, ac domini Wilhelmi, curati ecclesiae de Bersele, in cujus parochia ecclesia seu capella de Schriecke est fundata, ac omnium, qui quoquo modo super praemissis suum debuerunt praebere consensum. Quae omnia et singula duximus Vestrae reverendae Paternitati sub nostris sigillis humiliter referenda. Super quibus vestrae edoctae circumspectionis et reverendae prudentiae discernant oculi, quid amplius fuerit faciendum.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo nono, feria sexta infra octavas paschae.

Consensum et beneplacitum tam patroni quam curatorum praedictorum super omnibus et singulis articulis praenotatis in litteris eorum, super his confectis, aperte videbis contineri harum testimonio litterarum sigillis nostris sigillatarum. Datum ut supra.

Cartulaire de l'abbaye de Parc.

II.

Les églises ou chapelles d'Aertselaer, Reeth et Schriek, sont érigées en églises paroissiales.

8 juin 1309.

Universis praesentes litteras inspecturis JOHANNES DE MONASTERIO, commissarius specialis reverendi in Christo patris ac domini, domini Philippi, Dei gratia Cameracensis episcopi,

[1]) Au XVIe siècle, l'abbé de Lobbes céda au cardinal de Granvelle, archevêque de Malines, le patronage des églises de Contich, Aertselaer, Reeth, Boom, Waerloos, Mortsel et Niel. Plus tard ce droit passa au seigneur de Cantecroy ; voyez LE ROY, *Notitia marchionatus*, p. 120. En 1720, l'abbé de Lobbes récupéra le droit de patronage des paroisses de Contich, Aertselaer, Reeth et Waerloos ; voyez MIRAEUS, *Opera diplomatica*, III, p. 279 bis, et Vos, *Lobbes*, II, p. 322 et suiv.

in Domino salutem. Noverint universi, quod nos inquisitionem ecclesiarum de Aerschelaer, de Reet et capellae de Schriecke, cui nostra scedula infigitur, per discretos viros, decanum ecclesiae beati Rumoldi Machliniensis, [et] fratrem Joannem de Malre, monachum loci sancti Bernardi, fideliter et laudabiliter factam, approbamus, laudamus et ratificamus, et dictam inquisitionem ac competentiam dotationum et ea tangentia, necnon limitationem ac divisionem dictarum trium ecclesiarum sive capellarum ab invicem et ab illis parochiis, ex quibus processerunt, ac etiam divisionem matriculariarum sive custodiarum dictarum trium ecclesiarum ab invicem secundum parochiarum divisionem, ita quod quaelibet ipsarum ecclesiarum sive capellarum in perpetuum maneat parochia per se distincta, habeatque baptisterium et sepulturam, ac cetera quaecumque parochialis ecclesia de jure tenetur habere, authoritate nobis commissa confirmamus harum testimonio litterarum nostro sigillo sigillatarum.

Datum Bruxellae, anno Domini 1309, dominica secunda post Trinitatem.

Cartulaire de l'abbaye de Parc.

L'abbé de Saint-Vaast, a Arras, cède a l'abbaye de Grimberghen toutes les possessions que son abbaye avait a Over-Heembeek.

1161.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Martinus, Dei gratia ecclesie beati Vedasti in Atrebato abbas, omnibus fidelibus Christi in perpetuum. Quia variis humanorum eventuum causis et temporalium rerum momentis fumosa caligine involvitur memoria; qua caligante, nonnunquam emergit spinose contentionis inextricabilis controversia, congruum videtur

scripto mediante in memoria retineri, quod necessarium est, et utrobique consentaneum, absque controversia, pace perpetua possideri. Notum sit igitur tam praesentibus quam futuris, quia nostri capituli assensu et consensu unanimi terram et redditus, et omne denique jus, quod in Henbecca superiori nostra possidet ecclesia pro censu annuo trium marcarum Turonis in perpetuum ecclesie Grimbergensi possidendum concessimus, ita ut Cameraci ad sinodum in festo sancti Luce ad pondus Atrebatense et modum Cameracensis argenti, quod legitimi juris civibus vel monetariis non improbabile judicabitur, annuatim in perpetuum abbati vel veracibus nuntiis suis census iste persolvatur. Ut autem hec omnia firma et inconcussa irrefragabiliter usquequaque permaneant, sigilli nostri impressione et venerabilium nostre ecclesie personarum asscriptione cum legitimorum testium asstipulatione firmavimus. Sed et insuper ut robur inviolabile hujus negotii commercium accipiat, sigillum Cameracensis episcopi domini N. et Atrebatensis domini G. interponere et apponere ad perfectissimam totius rei consummationem et confirmationem dignum duximus. Signum Gilleni, prioris. S. Willelmi, supprioris. S. Johannis, sacriste. S. Reineri, editui. S.Balduini, hospitarii. S. Everardi, cellerarii. S. Walteri, camerarii. S. magistri Lamberti.

Actum anno Incarnati Verbi mclxj.

Cartulaire de l'abbaye de Grimberghen.

GODEFROID III, DUC DE BRABANT, DONNE A L'ABBAYE DE GRIMBERGHEN LA MOITIÉ DU MOULIN DE TANGHEN, SOUS GRIMBERGHEN, ET UN CENS ANNUEL DE CINQ SOUS.

1172.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego GODEFRIDUS, Dei gratia dux Lotharingie, notum esse volumus tam

presentibus quam futuris, quod ecclesia de Grimbersis bono animo et sincera voluntate querelam, quam contra nos et terram nostram habuit, nobis remisit. Unde et ego Godefridus non immemor cause, petente abbate Engberto et fratribus prefate ecclesie, elemosinam, quam tam ego quam predecessores mei ipsis contulerant, dimidium locum videlicet molendini de Tanga et quinque solidos, qui ad me pertinebant, de manso in Entecost Baldrici clerici de Machlinis, sigillo meo confirmavi, et omnia bona ipsorum adversus homines meos sub tutela mea suscepi. Testes : Franco, Lupus, Gosuinus de Saventhen, Arnoldus de Bichardis, Arnoldus camerarius et multi alii.

Actum anno Incarnati Domini mclxxij, Bruxelles in domo Faitri.

Cartulaire de l'abbaye de Grimberghen.

HENRI I, DUC DE BRABANT, CONFIRME DES DONATIONS, FAITES A L'ABBAYE DE GRIMBERGHEN, D'UN ALLEU SITUÉ A CORTENBEKE (?) ET DE LA MOITIÉ DU MOULIN DE TANGHEN.

1191.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego HENRICUS, Lotharingie dux, omnibus in perpetuum. Justis quidem petitionibus facilem tenemus prebere assensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Inde est, quod tam presentibus quam futuris significamus, et hoc sigilli nostri munimine confirmamus, quod quedam Elizabeth quoddam allodium in territorio de Cortenbeke in vico, qui dicitur Lendlengem, proprium habuit, et illud coram viris probabilibus et testibus idoneis Grimbergensi ecclesie, dum inibi recepta est in sororem, libere et legitime in elemosinam dederit, anno Incarnationis Dominice mc nonagesimo. Testes : abbas Symon;

Amelricus, prior; Gerardus, prepositus; Arnoldus, Liborii filius; Gerardus Hake; Walterus clericus; Arnoldus Pellifex; Sigerus de Lapide; Walterus Dotinc; Walterus Wale; Arnoldus Sacxo; Daniel, faber; et quamplures nostre familie homines. Item de Strumbecca : Paridanus, miles; Willelmus de Alneto; Wichmannus Domesdach; Adam et Willelmus, praefate Elizabet cognati; et alii quamplures. Preterea tam pater meus quam sui predecessores prefate ecclesie contulerunt dimidium videlicet locum molendini de Tanga et quinque solidos de quodam manso in Enscot Baldrici clerici de Machlinis. Quod donum approbo et sigilli mei appensione confirmo, et testium subscriptione corroboro. Testes : Franco, Lupus, Gozewinus de Saventen, Arnoldus de Bigardis, Arnoldus camerarius, et multi alii.

Cartulaire de l'abbaye de Grimberghen.

Donation de l'alleu de Pede faite a l'abbaye de Grimberghen par Gautier de Bruxelles.

1180.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Walterus Brussellensis omnibus in perpetuum. Quum quidem per decursum temporis, paulatim decrescente rerum memoria, frequenter emergit per oblivionis nebulam contentionis materia, necessarium duximus scripto fideliter commendari, quod necessarium est ad posterorum noticiam conservari. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris quod ego Walterus et amita mea domina Gisla de Aingem pro animabus nostris et parentum nostrorum ecclesie sancti Petri Grimbergensi, in usus fratrum ibidem sub regula beati Augustini Deo servientium, in elemosinam dedimus, quicquid juris habuimus in quodam allodio nostro in Pedhe, quod quidam Balduinus, qui

tunc temporis Bruxellis manebat in Orsendalo, a nobis in hereditatem tenuit sub censu annuo quinque lodorum ponderis et argenti Coloniensis; qui census semper in pascha solvendus est. Ut autem hujus eleemosine donatio rata et inconvulsa permaneat, adjunctis notari et sigilli nostri impressione fecimus roborari. Testes : Ego Walterus, praepositus Anderlechtensis ; Arnoldus, abbas Haffligemiensis; Joannes, Albertus, Giselbertus, Lambertus, canonici; Desiderius de Itterbeek; Arnoldus de Anderlectis; Wedericus, et aliorum multitudo, tam clericorum quam laicorum.

Actum anno Incarnationis Dominice m. centesimo lxxx, Anderlectis.

Cartulaire de l'abbaye de Grimberghen.

Documents concernant Viesville, extraits du cartulaire de l'abbaye de Floreffe.

I.

Henri l'Aveugle, comte de Namur, donne l'église de Viesville à l'abbaye de Floreffe[1].

1171.

In nomine Domini. Ego Henricus, Dei gratia Namurcensis comes et Luzeleburh, confidens eleemosynarum et beneficiorum largitione peccatorum veniam quemvis posse, miserante Deo, consequi, anime mee peccatrici parentumque meorum animabus salutis remedium providere imposterum curavj. Inde est, quod notitie omnium tam futurorum quam presentium ingerere ac patefacere volo, quod ecclesiam de Veteri Villa, ad ius meum spectantem, et omnia, que ad ipsam

[1]) Ce document est intitulé : *Collatio ecclesiae pastoralis monasterio Floreffiensi.*

pertinent, deinceps a laica manu mea scilicet et omnium posterorum meorum liberam reddidj, et ecclesie Floreffiensi ob commemorationem et remedium tam anime mee quam genitorum meorum, quorum corpora in eadem ecclesia tumulata habentur, et idem, favente Christo, de me ipso futurum spero, legitime, ut moris est, in presentia hominum meorum liberorum et aliorum de familia mea in perpetuum possidendam resignavj, donumque ipsum altari ecclesie Floreffiensis presentavj, ac in jus eius ad usum Deo ibidem famulantium redegi, ita ut certum sit, quia in perpetuum quaque die missa mortualis pro mea parentumque meorum animabus ab ipsis dicetur. Ut ergo hec firma et inconcussa semper permaneant, presenti scripto ac sigillj mei signatione corroboravj, et confirmarj constituj. Hujus rei testes affuerunt de liberis hominibus : Godefridus de Werde et Bastianus de Gurdiun, et Soherus de Ham. Et de familia : Eugo, Godescalcus, Warnerus, milites. De ministrantibus : Falco, Philippus, Hermenricus, et alij quamplures.

Acta sunt hec anno ab Incarnatione Dominj millesimo centesimo lxxj°, indictione iiij[a], concurrente epacta xij[a], consecrationis Calixti pape anno iij° [1], Radulphi, Leodiensis episcopi, anno..., imperatoris Friderici anno xxj°.

II.

Hugues de Pierrepont, évêque de Liége, donne à l'abbaye de Floreffe le patronage de l'église de Viesville[2].

1217.

Hugo, Dei gratia sancte Leodiensis ecclesie episcopus, omnibus presens scriptum inspecturis, eternam in Domino salu-

[1]) Calliste III, élu en 1168, était un antipape.

[2]) Ce document est intitulé : *Henricus, comes Namurcensis, dedit ecclesiam ; Hugo, episcopus Leodiensis, dat patronatum ecclesiae de Veteri Villa.*

tem. Quoniam cure semper nobis fuit, tum ex debito officij tum ex devotionis proposito, profectibus ecclesiarum et utilitatibus deservientibus prospicere, patronatum ecclesie de Veteri Villa, in manus nostras resignatum et voluntatis arbitrio constitutum, ecclesie beate Dei Genitricis Marie de Floreffia libere et canonice gratia eleemosyne contulimus perpetuo possidendum auctoritate a Deo nobis concessa; sub pena anathematis inhibentes, ne quis contra hanc nostram donationem ausu temerario venire, et praedictam ecclesiam super ea molestare presumat. Quod ut firmius observetur, hanc scedulam sigillj nostrj robore fecimus communiri.

Actum anno gratie millesimo ducentesimo septimo decimo, episcopatus nostrj anno xviij°.

Trois documents extraits du cartulaire du chapitre de Fosses[1].

I.

Philippe, marquis de Namur, accorde à Philippe de Tongrenelle la faculté de disposer, en faveur du chapitre de Fosses, de quatre bonniers de terre qu'il tenait en fief.

1217.

Philippus, marchio Namurcensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Noveritis, quod ego benigne laudo et approbo, quod dilectus et fidelis meus Philippus de Tongrenelle donet in elemosinam ecclesie sancti Foillani de Fossis quatuor bonuaria de terra illa, quam de me tenet in feodum. Actum anno Domini 1217.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 74 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

[1]) Suite. — Voyez *Analectes*, IV, pp. 396 et 489.

II.

Henri, duc de Brabant, accorde à Philippe de Tongrenelle le pouvoir de disposer, en faveur du chapitre de Fosses, de quatre ou cinq bonniers de terre qu'il tenait en fief.

1217.

Henricus, Dei gratia dux Lotharingie, et M., ejus uxor, dilectis suis preposito totique capitulo de Fosses salutem et sinceram dilectionem. Scire volumus vestram dilectionem, quod latori presentium Philippo de Tongreneles concessimus, quod ecclesie de Fosses quatuor bonuaria terre, quam de nobis tenet in feodum, libere potest conferre in elemosinam, vel si opus fuerit quinque. Quare eidem Philippo litteras nostras in testimonium damus sigillo nostro munitas.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 72 vo, aux Archives de l'État, à Namur.

III.

Hugues de Pierrepont, évêque de Liége, attribue au chapitre de Fosses plusieurs biens affectés à la prévôté.

10 septembre 1220.

Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, omnibus presentem paginam inspicientibus salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus, quod, cum prepósituram Fossensis ecclesie vacare contigerit, obedientias videlicet de Flenau, de Auvlois, de Falizole et de Franires, ad donationem Fossensis prepositi pertinentes, predicte ecclesie concessimus in communem usum canonicorum residentium ordinandas, et ad dispositionem, post mortem illorum, qui eas modo detinent, convertendas. In cujus rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine predicte ecclesie contulimus roboratam.

Datum anno Domini 1220, mense septembri, feria quinta post Nativitatem gloriose Virginis.

Cartulaire du chapitre de Fosses, fol. 72 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

Philippe IV, roi d'Espagne, fait une donation d'un terrain aux béguines de Turnhout[1].

16 janvier 1643.

Philippe, etc. Receu avons l'humble supplication de noz chières et bien amées les maistresses et béginnes du béginaige de Turnhout, contenant que feu nostre très-chier et très-amé (de glorieuse mémoire) bon oncle l'archiducq Albert, que Dieu absolve, leur auroit accordé la moitié d'un certain héritaige joignant par derrière audict béginaige, à charge de célébrer annuellement ung anniversaire, ce qui s'observe exactement; et comme ledict héritaige est du tout remply de maisonnettes et demeures des béguines, et que journellement d'aultres personnes de Breda et Bois-le-Ducq et aultres villes et places soubz la la jurisdiction de nostre ennemy, se présentent pour estre admises audict béginaige, qui ne le peuvent estre à faulte de place, elles nous ont très-humblement supplié qu'il nous pleust leur accorder l'aultre moitié dudict héritaige, contenant environ trois cens dix-huict verges, pour un terme de cent ans, parmy un raisonnable cens, ou bien par engagement pour semblable terme, et sur ce leur faire despescher noz lettres patentes en tel cas pertinentes. Sçavoir faisons que, les choses susdictes considérées et sur icelles eu l'advis de noz amez et féaulx les président et gens de nostre chambre des comptes, qui ont préallablement ouy tant l'administrateur du bois de Grooten-

[1]) Ce document est intitulé : *Octroi pour les béguines de Turnhout pour pouvoir jouir de la moitié d'un héritage touchant leur béguinage.*

houte que nostre chier et bien amé Guillaume Proost, nostre recepveur de Turnhout, etc. . . . .
nous inclinans favorablement à la supplication et requeste desdictes suppliantes, leur avons octroyé et accordé, octroyons et accordons qu'elles puissent et pourront jouyr, user et posséder en arrentement perpétuel et incorporer dans l'enclos de leur béguinage certaine place d'environ cent et vingt verges aboutissant audict béguinage en tirant à droict fil la muraille joindant la héronière jusques aux hayes ou fondement de la muraille qui faict le bout du vieil jardin, à charge de payer une rente irrédimible de dix livres, de quarante gros nostre monnoye de Flandres la livre, par an, à commencer avoir cours à l'expiration de la présente admodiation, payable ès mains dudict Guillaume Proost, etc. . . . .

Donné en nostre ville de Bruxelles, le 16e de janvier l'an de grâce 1643, et de noz règnes le vingt-deuxiesme.

Papiers d'État et de l'Audience, liasse no 1106, aux Archives générales du Royaume. — La copie de ce document nous a été communiquée par M. Van Rossum, sous-chef de section aux Archives du Royaume.

NECROLOGE DE L'ABBAYE DE VILLERS[1].

(1574-1792).

Necrologium abbatiae Villariensis, ordinis Cisterciensis, in Brabantia, continens relligiosorum diem nativitatis, sacerdotii, obitus atque sepulturae locum, ac insuper praecipua facta, quae sub abbatibus evenerunt, incipiens a seculo decimo sexto, renovatum sub amplissimo domino Cloquette, abbate Villariensi sexagesimo quarto, et sub reverendo domino Francisco Blariau, priore ejusdem abbatiae, anno 1790.

Franciscus Vleeschouwere, Bruxellensis, 47us abbas Villariensis. Sub hoc abbate alienata sunt plurima bona monasterii Villariensis, scilicet dominium nostrum et castrum pulcherrimum prope Lovanium simul cum villa, etc.; quod postmodum emerunt relligiosi monasterii de Parco. Alienavit etiam villam nostram de Ostin; villam Munickhove canonicis sancti Lamberti Leodii pro triginta millibus; et dederunt nobis dominium Montis sancti Andreae simul cum villa; etiam dederunt dimidium dominium de Fleuru et parvum Haletum cum decima. Etiam alia bona quaedam sunt alienata : alienavit etiam prata prope Bruxellas. Fuit idem abbas pro tempore fugitivus, eo quod subsignasset pro Statibus contra regem Hispaniae, a quo tempore Hollandia et aliae provinciae confoederatae defecerunt et Hispaniorum jugum excusserunt. Ceteroquin erat vir bonus et simplex, zelosus tamen vicarius ordinis. Prior ipsius Joannes Delvaux omnia spiritualia regebat. Hic abbas secundus fuit ex denominatione regis : illius electionis commissarii fuerunt abbas Diligemmensis, ordinis Praemonstratensis, prope Bruxellas, abbas Nizellensis, ordinis nostri, et Jacobus Boonen, consiliarius Brabantiae[2]. Bel-

[1]) Voyez sur l'abbaye de Villers : 1° SANDERUS, *Chorographia sacra Brabantiae*, I, pp. 417 et suiv.; 2° VOS, *Notice historique et descriptive de l'abbaye de Villers*.

[2]) Voyez sur les élections abbatiales dans les Pays-Bas, *Analectes*, V pp. 315 et svv.

gium tunc temporis gubernabat dux de Alba. Nominatus est abbas 15 novembris anno 1568, installatus vigore istius nominationis 2 junii anno 1569. Sacro benedictionis honore solemniter insignitus est 16ª aprilis anni 1570 per reverendissimum dominum Antonium Havetium, ordinis Praedicatorum relligiosum, primum Namurcensium episcopum, quique interfuit concilio Tridentino. Natus anno 1521, obiit 14 octobris 1587, anno aetatis 66°. Obiit et sepultus est Villarii in medio ecclesiae ante altare sanctissimae Trinitatis.

Sibertus Maroyen, Bruxellensis, bursarius hujus domus. Hic multa praeclare pro monasterio scripsit. Obiit Villarii 29 julii 1578; ibidem sepultus.

Cornelius Moens, Mechliniensis, confessarius in Binderen[1]. Obiit in civitate Weerdensi 22 octobris 1583; sepultus ibidem.

Joannes Delvaux, prior insignis et doctissimus lector. Per ipsum domus totaliter in spiritualibus regebatur, quia dominus Franciscus Vleeschouwere erat totus in Deo devotus abbas. Obiit Namurci 24 septembris 1590; et illic sepelitur apud Albas Dominas.

Laurentius Vermolen, Sichemensis. Obiit Namurci 10 julii 1584; ibidem sepultus apud Griseas Sorores.

Vincentius Bourdon, Montensis, obiit Villarii 7 maii 1575; ibidem sepelitur.

Theodoricus Beeckman, Bruxellensis, fuit insignis et exemplaris prior et jubilarius. Obiit in Valle Ducis[2] 22 julii 1600; ibidem sepultus.

[1]) Binderen était une abbaye noble de femmes, de l'ordre de Cîteaux, fondée, au XIII° siècle, par l'impératrice Marie, fille de Henri I, duc de Brabant. Elle était située au hameau de Binderen qui dépendait de Helmond, petite ville du Brabant septentrional.

[2]) Val-Duc, en flamand *'s Hertogen Dael*, abbaye de femmes, de l'ordre de Cîteaux, fondée en 1230, à Hamme-Mille, par Henri II, duc de Brabant. Elle a été supprimée à la fin du siècle dernier; une partie de ses bâtiments a été convertie en maison de campagne.

Philippus Adam, ex Holer, obiit Villarii 14 julii 1588; ibidem sepultus.

Joannes Hebscap, Vilvordiensis, obiit Villarii 25 julii 1583; ibidem sepultus.

Gaspar De Fresne, Namurcensis, obiit 16 septembris 1581 Namurci; et ibidem sepultus apud Griseas Sorores.

Guinandus Haye, Lovaniensis, obiit 10 julii 1582; sepultus Namurci apud Griseas Sorores.

Laurentius Clockluyer, Sichemiensis, martir (*sic*), obiit Nivellis 20 aprilis 1594; illic sepelitur in ecclesia sancti Georgii.

Michaël Lenglet obiit Villarii 9 septembris 1574.

Aegidius Allart obiit Villarii 8 decembris 1587[1].

Henricus Backer obiit Villarii 30 martii 1610.

Antonius Vanderlinden obiit 30 novembris 1603; sepultus in Roosendael.

Paulus Curinx obiit Villarii 27 junii 1588.

Petrus De Valle, bursarius, obiit Villarii 27 januarii 1602.

Thomas Willou obiit Villarii 27 augusti 1578.

Petrus Spina, Werchtensis prope Lovanium, obiit 19 aprilis 1579; sepultus in Binderen.

Arnoldus Aerschot obiit Villarii 7 septembris 1580.

Nicolaus Worstius obiit 25 augusti 1611; sepultus in Binderen.

Gaspar Lora obiit Nivellis 16 decembris 1591; et illic sepultus in ecclesia sancti Georgii.

Arnoldus Paeps, Arschotanus, obiit 29 decembris 1592; sepultus Leeuwis in ecclesia sancti Leonardi.

Henricus De Moor, Bruxellensis, obiit Villarii 7 junii 1584.

Joannes Monet, alias de Chaumont, obiit Villarii 20 augusti 1608.

Judocus Smisman, Bruxellensis, Bergis in carcere ab Hollandis captivus. Obiit Villarii 2 januarii 1588.

[1]) En général, tous sont enterrés dans l'endroit où ils sont morts. Lorsqu'il y aura une exception, il en sera fait mention.

Henricus Cock, Fleuricanus, obiit 28 februarii 1582; sepultus Namurci apud Griseas Sorores.

Judocus Sterthem, ex Sotteghem in Flandria, jubilarius sacerdos, obiit Villarii 13 septembris 1629.

Joannes Finet, Bruxellensis, prior exemplaris et devotus, obiit Villarii 5 decembris 1609.

Petrus Deryck obiit Villarii 6 aprilis 1614.

Franciscus Aegidii, Hallensis, obiit 23 junii 15...; sepultus in Terbeeck[1].

Hieronimus Lenglet ....; sepelitur Villarii.

Joannes Salmier, obiit Villarii 18 augusti 1578.

Michaël Balduini, Arschotanus, obiit 13 aprilis 1575; sepultus in Vinea Domini[2].

Michaël Roskam, Bruxellensis, obiit 17 julii 1579; sepultus Bruxellis apud Carmelitas.

Benedictus Leliam, Gemblacensis, jubilarius, obiit Villarii 5 februarii 1628.

Bernardus Winge, Distensis, obiit Villarii 17 martii 1629.

Reverendus ac amplissimus dominus Robertus Henrion, 48us abbas Villariensis. Sub hoc abbate alienata sunt dominia nostra in Gentinnes et in Ophem cum decima; sed suo tempore acquisivit dominium in Mellery. Hic abbas electus fuit via suffragiorum per commissarios ab aula deputatos a principe Parmense, pro tunc Belgii gubernatore ex parte regis Hispaniorum. Denominatus fuit in coadjutorem praedecessoris, et in ejus successorem. Benedictus fuit 8 novembris anno 1587. Hic abbas, a Gemblaco oriundus, fuit creatus vicarius generalis per totum Belgium et per patriam Leodiensem. Plurima ad ornamentum ecclesiae et monasterii construi jussit.

[1]) Terbeek ou Val-Saint-Trond était une abbaye de femmes, de l'ordre de Cîteaux, près de Saint-Trond.

[2]) *Vinea Domini* ou plutôt *Vinea Dominae*. Il est probable qu'il s'agit ici du couvent de La Vignette ou l'abbaye-sous-le-Château, à Louvain, couvent de femmes, de l'ordre de Cîteaux, fondé à Louvain au commencement du XVIe siècle.

Ipse est, qui aedificavit in monte sacellum divae Virginis Montis Acuti anno 1613, et transtulit corpora decem sanctorum recondita retro magnum altare, honorificeque recondidit sub sarcophago marmoreo in sacello sancti Bernardi. Obtinuit et a Clemente octavo, Summo Pontifice, indulgentiam plenariam in diebus SS. Arnulphi et Julianae; septem annos et totidem quadragenas indulgentiarum pro illis, qui in monte sancto devote oraverint, quoque obtinuit, ut patet ex ipsa Summi Pontificis bulla. Praefuit usque ad annum 1620. Obiit Bruxellis 19 januarii 1620; sepultus est Villarii.

Hieronymus Axel, Mechliniensis, confessarius in Valle Rosarum[1], obiit 26 maii 1611; sepultus Mechliniae apud Augustinianos.

Ludovicus Quignon, confessarius in Terbeeck, obiit in Terbeeck 15 decembris 1611.

Paulus Van Emerghem, ex Sotteghem, confessarius in Rotthem[2]; obiit in Rotthem 17 julii 1630.

Renerus Vleeschouwere, Lovaniensis, obiit in Binderen 14 januarii 1628.

Laurentius Sterck, ex Assche, obiit Villarii 8 aprilis 1697.

Andreas Guilleri, Bellomontanus, jubilarius, obiit Villarii 7 maii 1647.

Rolandus Schot, Bruxellensis, prior in Heusden, jubilarius professionis, sacerdotii et patris confessarii in Muysen[3], obiit in Muysen 1654.

[1]) Roosendael ou *Vallis rosarum* était une abbaye de femmes, de l'ordre de Cîteaux, située près de Waelhem, à droite de la chaussée de Malines à Anvers. C'est aujourd'hui une maison de campagne, sous la commune de Wavre-sainte-Catherine. Cette abbaye fut fondée et dotée, au XIII[e] siècle, par la famille des Berthout, avoués de Malines.

[2]) L'abbaye de Rothem ou Rottem, de l'ordre de Cîteaux, était située aux environs de Diest, près de Haelen. C'est aujourd'hui une dépendance de cette dernière commune.

[3]) Muysen était un couvent de femmes, de l'ordre de Cîteaux, fondé à Muysen, mais transféré à Malines après les troubles du XVI[e] siècle, où il conservé son nom primitif jusqu'à la fin du siècle dernier.

Franciscus Smalken obiit Villarii 14 junii 1628.

Joannes Craesbeek, Bruxellensis, obiit Villarii 13 decembris 1610.

Guillelmus Faulconnier, confessarius in Walteri Brania[1], obiit Villarii 1 octobris 1625.

Aegidius De Tiege, Namurcensis, obiit Villarii 29 augusti 1619.

Joannes Adriani, Namurcensis, confessarius in Terbeeck, obiit in Terbeeck 4 maii 1628.

Nicolaus Hanicq, ex Felui, jubilarius, obiit Villarii 4 julii 1652.

Joannes de Namur, Namurcensis, prior in Terbanck[2], obiit 13 maii 1630.

Reverendus ac amplissimus dominus Robertus de Namur, ex comitibus Namurcensibus, 50us abbas Villariensis. Ante abbas de Jardineto[3], successit domino Vanderheyden. Erat jubilarius, dum factus est abbas; simul professi et simul jubilarii. Praefuit hic abbas laudabiliter in Jardineto, postquam domum Villariensem rexisset ut prior per 16 annos. Jardinetum gubernavit per totidem annos, Villarium vero per quinque. Natus anno 1578, obiit Villarii 31 octobris 1652, aetatis anno 74o, professionis 56o, sacerdotii 49o.

Reverendus ac amplissimus dominus Henricus Vanderheyden, Lovaniensis, 49us abbas Villariensis. Hic abbas, post prioratum Villariensem, prior factus est abbatiae sancti Salvatoris Antverpiae, dictae Petri Pots; deinde praefuit hic 27 annis. Bene gubernavit ac multos reditus acquisivit super Status Brabantiae, quorum per aliquot annos delegationem ordina-

[1]) L'abbaye de Wauthier-Braine, couvent de femmes de l'ordre de Cîteaux, date de la première moitié du XIIIe siècle. Les bâtiments du couvent subsistent encore en partie et servent à une filature de coton.

[2]) Voyez sur Terbanck *Analectes*, VII, pp. 307 et 427 et VIII, p. 59.

[3]) Le Jardinet était une abbaye d'hommes, de l'ordre Cîteaux, située près de Walcourt.

riam laudabiliter tenuit. Natus 1578, obiit Bruxellis in die Pentecostes 10 junii 1647, anno aetatis 69°, professionis 51°, sacerdotii 46° ; sepultus Villarii.

Henricus Richer, Namurcensis, obiit Villarii 22 decembris 1625.

Antonius Gelin, Namurcensis, obiit Villarii 1603.

Valentinus Thery, Binchiensis, confessarius in Oliva[1], obiit confessarius in Oliva 22 decembris 1619.

Joannes Rufflet, Bellomontanus, obiit Villarii 28 februarii 1651.

Henricus Gaiffier, Namurcensis, confessarius in Roosendael, obiit Mechliniae 1 augusti 1629.

Joannes Dupont, Bellomontanus, confessarius in Lintris[2], obiit in Lintris 15 octobris 1626.

Nicolaus Gerniaux, Nivellensis, obiit Villarii 28 februarii 1635.

Nicolaus Vernies, Bellomontanus, confessarius in Terbeeck, obiit in Terbeeck 2 junii 1626.

Guillelmus Vanderhoeven, Nivellensis, confessarius in Lintris, obiit in Lintris 16 junii 1630.

Benedictus Scroux, Leodiensis, pastor in Mellery, obiit Villarii 29 decembris 1639.

Philippus Antony, ex Baisy, obiit Villarii ..... 1654.

Gaspar Thimé, Nivellensis, confessarius in Nazareth[3], obiit in Nazareth 20 martii 1625.

[1]) L'Olive, actuellement une dépendance de la commune de Morlanwelz, était anciennement une abbaye de femmes de l'ordre de Citeaux.

[2]) L'abbaye de Linter, ou mieux d'Oplinter, s'appelait communément *Maegdendael, Val des Vierges*. M. Bets, curé de Neerlinter, a publié une notice sur cette abbaye dans sa monographie d'Oplinter.

[3]) L'abbaye de Nazareth, située sur la petite Nèthe, à quelques minutes de la ville de Lierre, fut fondée au XIII[e] siècle. C'était une abbaye de femmes de l'ordre de Citeaux. Tous les bâtiments de l'ancienne abbaye, à l'exception de la porte d'entrée, sont démolis, et ont été remplacés par une maison de campagne.

Robertus Schoriot, Bellomontanus, obiit in Valle Ducis 15 martii 1620.

Bernardus Van den Avorort, Bruxellensis, obiit Villarii 21 aprilis 1621.

Edmundus Madoets, Bruxellensis, confessarius in Valle Ducis, obiit in Valle Ducis 11 augusti 1643.

Petrus De Hase, Bruxellensis, confessarius in Parco Dominarum[1], obiit in Parco Dominarum 6 septembris 1618.

Martinus Stroobant, Bruxellensis, obiit Villarii 10 martii 1652.

Hieronymus Sophie, Bruxellensis, obiit Villarii..... 1646.

Jacobus Appelman, Bruxellensis, obiit Villarii 31 octobris 1625.

Guilelmus Polspoel, Bruxellensis, obiit Villarii.... 1646.

Philippus Blavier, ex Marchiene, jubilarius, natus 1586, obiit Villarii 3 februarii 1662, anno aetatis 76°, professionis 58°, sacerdotii 52°.

Marcus Gerardi, Nivellensis, factus Capucinus 25 octobris 1657.

Adolphus Gulpen, prior in Terbanck, obiit in Terbanck 1655.

Franciscus Van Cattenbroeck, Bruxellensis, obiit Villarii 16 junii 1641.

Nicolaus Marien, Bruxellensis, obiit Villarii 21 ..... 1629.

Thomas Brassart, Montensis, obiit Villarii 29 novembris 1639.

Robertus De Herve, ex Grez, obiit Villarii 9 julii 1623.

Daniel Foulon, Sognesiensis, obiit Villarii 12 januarii 1655.

Thomas Pochet, Walcuriensis, obiit Villarii 9 augusti 1644.

[1]) Parc-les-Dames, en flamand *Vrouwen-Park*, était une abbaye de femmes, de l'ordre de Cîteaux, fondée au commencement du XIIIe siècle. Elle dépendait de la commune de Wesemael. Une partie des bâtiments existe encore et a été convertie en maison de campagne.

Nicolaus Mascart, ex Ham-sur-Heure, obiit Villarii 24 octobris 1663.

Isaac Govaerts, Antverpiensis, obiit Villarii 17 februarii 1653.

Hilarius De Somberghe, Linchiensis, obiit Villarii 21 augusti 1671.

Joannes Guilleri, Bellomontanus, jubilarius, obiit Villarij 21 augusti 1671.

Petrus Jonet, Bellomontanus, obiit Villarii 14 martii 1660.

Antonius Vander Meulen, Lovaniensis, obiit Villarii 25 septembris 1640.

Joannes Baptista Rieulien, Antverpiensis, obiit Villarii 16 septembris 1638.

Hugo Refflet, Bellomontanus, obiit Villarii 29 octobris 1629.

Claudius Wattart, ex Marneth, obiit Villarii 4 aprilis 1641.

Philippus De Bucq, Lovaniensis, obiit Villarii 1 octobris 1646.

Fredericus De Harchies, Insulensis, obiit Villarii ..... 1631.

Arnoldus De Waitte, ex Brania Comitis, obiit Villarii 12 julii 1629.

Guilelmus De Moulin, ex Saint-Géry, obiit Villarii 8 aprilis 1667.

Franciscus Vleeschouwere, Lovaniensis, obiit Villarii ..... 1663.

Nicolaus Darlin, ex Bournival, obiit Villarii.

Gregorius Durant, ex Ecaussines, obiit Villarii 17 octobris 1642.

Reverendus ac amplissimus dominus Bernardus Vander Heck, Nivellensis, 51us abbas Villariensis. Hic abbas multis officiis in monasterio perfunctus, cum esset in Oliva confessarius, ad praelaturam evectus est. Quo tempore multas villas et grangias, simul et duos ambus de novo in claustro erexit, multaque vasa ad ornamentum altaris fieri procuravit. Secun-

dum antiquum registrum 14 annis gubernavit; ast juxta archiva videtur abbatisasse 20 annis.

Servatius Gillet, Bellomontanus, prior titularis de Porta Coeli. Hic composuit quaedam opera ascetica, inter quae quaedam rythmetica; obiit Villarii 8 mai 1669.

Benedictus Smal, ex Frasne, obiit Villarii 27 novembris 1637.

Carolus Henrion, ex Emellemont, obiit Villarii 2 septembris 1666.

Joannes Lefebure, Marbiensis, obiit Villarii 17 octobris 1665.

Henricus Godine, Huensis, obiit Villarii 12 martii 1627.

Petrus Hervaert, ex Grez, obiit Villarii 20 julii 1632.

Joannes Baptista Vleeschouwere, Lovaniensis, obiit Villarii 20 augusti 1676.

Petrus Zorilla, Bruxellensis, obiit Villarii 30 junii 1642.

Edmundus Masuir, Huensis, obiit Villarii 19 septembris 1671.

Aegidius Doedelet, Bruxellensis, obiit Villarii 27 maii 1669.

Augustinus Bommaerts, Antverpiensis, obiit Villarii 1681.

Matthaeus Vanden Roye, Leodiensis, obiit Villarii 2 augusti 1664.

Conrardus De Ceels, ex Ceels, baro, frater, obiit Villarii 17 septembris 1669.

Ambrosius Ciplet, ex Emellemont, obiit Villarii 8 februarii 1667.

Henricus Leclerq, Bellomontanus, obiit Villarii 9 martii 1635.

Gaspar Smits, Antverpiensis, obiit Villarii 11 februarii 1666.

Matthias De Paepe, Mechliniensis, obiit Villarii 15 januarii 1667.

Lambertus Lamstas, Sancto-Audomarensis, obiit Villarii 5 decembris 1635.

Gobertus De Lannoy, Nivellensis, obiit Villarii 8 julii 1638.

Franciscus Gilbert, Nivellensis, jubilarius, anno 1681, natus anno 1610, professus anno 1631, sacerdos anno 1635, obiit Villarii.

Reverendus ac amplissimus dominus Idesbaldus Wilmart, ex Frasne, 52us abbas Villariensis. Grassantibus illo tempore bellis, a morte antecessoris sui sedes Villariensis per annum et dimidium vacavit. Post quod tempus marchio de Castel-Rodrigo, Belgii gubernator, Villario donavit abbatem hunc dominum Idesbaldum ; qui quatuor annis laudabiliter, sancte et pie domum rexit. De eo traditur, cum allaboraretur initio hujus saeculi pavimento ecclesiae, vel forsan cum tumularetur aliquis hujus domus abbas, corpus et cucullam hujus praelati, (qui uti pie et sancte vixit, sancte et pie quoque obiit) intacta et incorrupta fuisse reperta. Natus anno 1610, professus anno 1631, sacerdotio initiatus anno 1635, obiit Villarii 26 aprilis 1671; sepultus Villarii prope sacristiam divi Caroli.

Bernardus Schaepdryver, Teneramundanus, natus anno 1611, professus anno 1633, obiit Villarii 2 augusti 1641.

Henricus Vande Putte, Bruxellensis, natus anno 1610, professus anno 1633, obiit Villarii 4 aprilis 1660.

Joannes Chrysostomus Van den Reest, Bruxellensis, natus anno 1614, professus anno 1636, obiit Villarii 28 augusti 1664.

Godefridus Souppart, ex Escaussines pago, natus anno 1614, professus anno 1636, obiit Villarii 1669.

Laurentius Dieu, ex Beaufort pago, confessarius in Oliva. Hic, cum Thomas Moniot praelaturae cedere coactus fuerat, per comitem de Monterez, patriae gubernatorem, abbas Villariensis nominatus fuit; sed casu inopinato super grabatum sedens, brachio confracto, vitae et nominationi cessit. Natus anno..., professus anno 1638, obiit in monasterio de Oliva, 28 aprilis 1676.

Gobertus Dupont, Bellomontanus, natus anno 1614, professus anno 1639, sacerdotio initiatus anno 1642, obiit Villarii.

Robertus Loquet, ex Chimay, natus anno 1618, professus anno 1639, obiit Villarii 22 maii 1645.

Reverendus ac amplissimus dominus Lambertus a Straelen, ex Xanten, patria Juliacensis, 53us abbas Villariensis. Abbas creatus fuit 15 augusti 1677. Magno cum religionis zelo, et, ut vir vere apostolicus, per octo circiter annos praefuit et profuit. Natus anno 1618, professus anno 1640, sacerdotio initiatus anno 1644, obiit 18 martii 1686; sepultus Villarii in sacello beatae Mariae Virginis.

Benedictus Robert, Nivellensis, natus anno 1620, professus anno 1640, sacerdotio initiatus anno 1646, obiit Villarii 19 augusti 1676.

Joannes Baptista Vermost, Mechliniensis, natus anno 1622, professus anno 1640, sacerdotio initiatus anno 1640, obiit Villarii 17 februarii 1688.

Bernardus Cappe, ex Calve pago, natus anno 1622, professus anno 1642, sacerdotio initiatus anno 1646, obiit Villarii anno 1669, 17 februarii.

Gregorius Stockmans, Lovaniensis, natus anno 1620, professus anno 1644, sacerdotio initiatus anno 1659, obiit Villarii 14 februarii 1678.

Everardus De La Tour, ex Retigny, patria Luxemburgensi, natus anno 1624, professus anno 1645, sacerdotio initiatus anno 1648, obiit Villarii 1 aprilis 1691.

Stephanus Mathys, Bruxellensis, natus anno 1622, professus anno 1648, sacerdotio initiatus 1650, obiit Villarii 1696, 2 aprilis.

Malachias Suys, Bruxellensis, diaconus, natus ....., professus 1648, obiit Villarii 11 septembris 1652.

Felix Verrycken, Bruxellensis, natus anno 1620, professus anno 1649, obiit Villarii 1673, 20 februarii.

Guillelmus De La Bouverie, Namurcensis, natus anno

1620, professus 1649, sacerdotio initiatus anno 1646, obiit Villarii anno 1694.

Albericus Rincken, Antverpiensis, natus anno 1620, professus anno 1649, sacerdotio initiatus anno 1646, obiit Villarii 19 septembris anni 1675[1].

Eugenius Claudii, ex Thorembais-Saint-Trond, natus anno 1620, professus anno 1649, sacerdotio initiatus anno 1650, obiit Villarii anno 1687.

Caesarius Vander Belen, Bruxellensis, natus anno 1628, professus anno 1649, sacerdotio initiatus anno 1652, obiit Villarii.

Abundus Clerbois, Namurcensis, natus anno 1627, professus anno 1649, sacerdotio initiatus anno 1652, obiit Villarii anno 1687.

Antonius De Moulin, Nivellensis, clericus, natus anno 1628, professus anno 1649, obiit Villarii anno 1687.

Ludovicus Pauli, Bruxellensis, natus anno 1622, professus anno 1649, sacerdotio initiatus anno 1654, obiit Villarii 1687, 13 augusti.

Petrus Du Quesne, Athensis. Hic erat verosimiliter sacerdos, antequam ingrederetur abbatiam. Professus anno 1650, sacerdotio initiatus anno 1649, obiit Villarii 28 septembris 1652.

Reverendus ac amplissimus dominus Thomas Maniot, Namurcensis, 55us abbas Villariensis. Hic abbas iteratis vicibus electus, et quandoque etiam nominatus, praelaturae cedere coactus post multas perpesssiones tandem, mortuo amplissimo domino Edmundo Uyttenhoven, abbate, via electionis factae praesidentibus Brabantiae cancellario et abbate sancti Bernardi, creatus et nominatus fuit abbas. Sub ipsius regimine multis fuit afflicta miseriis domus nostra Villariensis, inter quas incendium et concrematio totius hospitii nostri Bruxel-

[1]) On lit en marge : « Hi duo, si fides adhibenda registro, jam a tribus annis erant sacrati sacerdotes ante professionem. »

lensi in civitate; in qua suppellectilem ecclesiae ex integro perdidimus, sicut et chori et bibliothecae praecipuos et praetiosos libros, nec non et vasa sacra aliaque plurima mobilia summo pretio aestimabilia; ex quo domus nostra aere alieno multum gravata pluribus retro annis vix surgere potuit a totali ruina. Vir hic, licet non multum litteratus, pius fuit, et apoplexia tactus vivere desiit ....., postquam quatuor annis abbatiali dignitate functus fuisset. Natus anno 1628, professus anno 1650, sacerdotio initiatus anno 1653, obiit 28 februarii, 1697; sepultus Villarii in sacello divi Bernardi.

Robertus Bulen, Boviniensis, natus anno 1632, professus anno 1651, sacerdotio initiatus anno 1657, obiit Villarii anno 1704, 2 augusti.

Paulus Chiffletius, Bruxellensis. Hic valde eruditus, qui multa composuit opera laudabilia, ut videre est in *Bibliotheca auctorum ordinis Cisterciensis*. Factus postea prior Montis sanctae Mariae, dioecesis Bisuntinensis in comitatu Burgundiae, illic obiit. Natus anno 1633, professus anno 1651, sacerdotio initiatus anno 1660, obiit 19 novembris 1688; mortuus et sepultus in abbatia Montis sanctae Mariae, in comitatu Burgundiae.

Jacobus De Coster, Bruxellensis, confessarius in Florida Valle[1], natus anno 1630, professus anno 1652, obiit in Florida Valle 23 martii 1682.

Andreas Pieltems, Namurcensis, natus anno 1635, professus anno 1652, subdiaconus, obiit Villarii 19 septembris 1658.

Hieronymus Wangnies, Wagniensis, natus anno 1630, professus anno 1653, sacerdotio initiatus 1661, obiit in Schooten[2] 4 aprilis 1679.

[1]) L'abbaye de Florival ou *Val-Fleuri*, en flamand *Bloemendael*, a été fondée en 1096, et placée sous la règle de Cîteaux en 1218. Elle était située à Archennes. Son emplacement est occupée aujourd'hui par une fabrique.

[2]) Schooten, village situé aux environs d'Anvers, était l'apanage et le titre principal des seigneurs de Schooten et de Breda (*Revue d'histoire et*

Evrardus Rurinck, Bruxellensis, natus anno 1633, professus anno 1653, sacerdotio initiatus anno 1661, obiit Villarii 19 novembris 1662.

Bernardus Feutin, confessarius in Oliva, Binchiensis, natus 1638, professus anno 1656, sacerdotio initiatus anno 1662, obiit in Oliva 13 maii 1696.

Servatius Balicq, Valencenensis, natus anno 1635, professus anno 1657, sacerdotio initiatus anno 1660, obiit in Emellimonte[1] anno 1689.

Alexander Sporneau, Wavriensis, natus anno 1637, professus anno 1657, sacerdotio initiatus anno 1661, obiit Villarii 19 januarii 1712.

Malachias Pottelot, Gemblacensis, confessarius in Parco Dominarum, natus anno 1639, professus anno 1661, sacerdotio initiatus anno 1665, obiit in Parco Dominarum 10 augusti 1681.

Nicolaus Lefebure, Bruxellensis. Quondam fuit hic prior titularis de Claro Campo, et, sub hoc titulo ob lites habitas egressus e monasterio, redire compulsus est ex decreto capituli generalis anni 1683, sub censura infligenda a suo abbate;

d'archéologie, I. p. 316). Engelbert de Schooten céda, en 1160, son alleu de Schooten à l'abbaye de Villers. Cet alleu, paraît-il, comprenait la moitié du village. L'autre moitié resta encore pendant un certain temps dans la famille de son frère Arnould de Breda. Depuis 1160, le village ou paroisse de Schooten eut deux seigneurs qui ne s'entendaient pas. Les religieux de Villers érigèrent à Schooten un prieuré de leur ordre, et quelques-uns d'entre-eux s'y établirent, mais toujours sous la dépendance de l'abbé de Villers. Voyez Le Roy, *Notitia marchionatus*. Les bâtiments du prieuré subsistent encore en partie ; ils sont convertis en maison de campagne et connus sous le nom de *Schooten hof*.

[1]) Emelmont ou Mellemont, comme on l'appelle communément aujourd'hui, est une dépendance de Thorembais-les-Béguines. C'était primitivement une *grangia* de l'abbaye de Villers, régie par un maître, *magister*, et changée depuis en prieuré. Une grande partie des bâtiments subsiste encore. Voyez Tarlier et A. Wauters, *Géographie et histoire des communes belges, canton de Perwez*, p. 144.

imo, et si necesse fuisset, adhibito auxilio brachii saecularis in plenaria ordinis potestate. Redux postea habitavit in Emellimonte, ubi et obiit. Natus anno 1649, professus anno 1661, sacerdos factus anno 1665, obiit in Emellimonte 27 martii 1693.

Albertus De Chambley, Bruxellensis, natus anno 1640, professus anno 1661, sacerdotio initiatus anno 1665, obiit Villarii 18 januarii 1702.

Philippus Tamineau, ex Seneffe, natus 1635, professus anno 1662, sacerdos factus anno 1666, obiit Villarii 1698.

Godefridus Larme, ex Beaufort, supprior, natus anno 1640, professus anno 1662, sacerdotio initiatus 1666, obiit Villarii 13 februarii 1711.

Petrus Marit, ex Solre-Château, natus anno 1642, professus anno 1662, sacerdotio initiatus anno 1666, obiit Villarii anno 1691.

Adrianus Roberti, Nivellensis, natus anno 1640, pro fessus 4 maii 1664, sacerdotio initiatus 1667, obiit Villarii 1705.

Reverendus ac amplissimus dominus Antonius Pinchart, ex pago Corbais, 56[us] abbas Villariensis. Magna cum sollicitudine praefuit per octo circiter annos et domum nimio aere gravatam ex parte exonerare sategit. Refugium Bruxellense a fundamentis extruxit; sed morte praeventus suis successoribus alia reparanda reliquit. Natus anno 1643, professus 4 maii 1664, sacerdotio initiatus anno 1667, obiit 26 januarii 1705; sepultus Villarii.

Romanus Thomas, ex Grez, natus anno 1638, professus 4 maii 1664, sacerdotio initiatus anno 1667, obiit Villarii 1706.

Reverendus admodum ac amplissimus dominus Edmundus Uytenhoven, Bruxellensis, 54[us] abbas Villariensis. Fuerat ille provisor et prior, qui, ut cum multa pace et quiete functus est his officiis, pariformiter ut bonus pater rexit et gubernavit. Praefuit 7 annis. Natus anno 1642, professus 4 maii 1664,

sacerdotio initiatus anno 1667, obiit ......; sepultus Villarii in sacello divi Caroli.

Josephus De Romere, Grimbergensis. Hic abbas fuit in Valle Dei[1]. Natus anno 1644, professus 4 maii 1664, sacerdotio initiatus anno 1669, obiit in Valle Dei 23 aprilis 1697; et illic sepultus.

Florentius Bodart, Namurcensis, confessor in Terbeeck, natus anno 1645, professus.. decembris 1665, sacerdotio initiatus anno 1670, obiit in Terbeeck 12 aprilis 1694.

Cornelius Harven, Montensis, natus 1645, professus decembris 1665, sacerdotio initiatus anno 1696, obiit Villarii 10 octobris 1718.

Arnulphus Bernart, Namurcensis, natus anno 1645, professus.. decembris 1665, sacerdotio initiatus anno 1669, obiit Villarii 8 octobris 1697.

Walterus Bogaerts, Bruxellensis, natus 1664, professus ... decembris 1665, sacerdotio initiatus 1669, obiit in Valle Ducis 1703, 4 decembris.

Gabriel Bourlart, Montensis, natus 1645, professus .. julii 1666, sacerdotio initiatus 1669, obiit et sepultus in Oliva 16 maii 1714.

Bernardus Deterre, Namurcensis, natus 1645, professus .. julii 1666, sacerdotio initiatus 1669, obiit in Emellimonte 22 decembris 1719; sepultus Villarii.

Idesbaldus Smal, Namurcensis, natus 1644, professus 1667, sacerdotio initiatus 1670, obiit Villarii 6 octobris 1675.

Joachim Salmier, Lovaniensis, natus 1646, professus 1667, sacerdotio initiatus 1670, obiit Villarii 15 septembris 1694.

Hieronymus Piercon, ex Walhain, natus 1646, professus

[1]) L'abbaye de Val-Dieu, de l'ordre de Cîteaux, fut fondée, en 1216, par le comte de Hochstade et de Daelhem et par le duc de Limbourg. L'église, qui était une des plus belles du pays, n'a été démolie qu'en 1840. C'est aujourd'hui une dépendance de la commune de Charneux.

anno 1667, sacerdotio initiatus 1671, obiit 1694, 15 septembris Villarii.

Guillelmus Mournay, ex Beaumont, natus 1646, professus 1667, sacerdotio initiatus 1671, obiit Villarii 4 februarii 1689.

Conrardus Casal, Bruxellensis, natus 1647, professus 1669, obiit in Rotthem 3 maii 1690.

Ferdinandus Jasme, natus 16 .., professus 1669, obiit in Valle Ducis 4 februarii 1721.

Franciscus De Saint-Victor, Lovaniensis, natus 1651, professus 12 junii 1672, sacerdotio initiatus 1676, obiit Villarii 30 octobris 1679.

Reverendus admodum ac amplissimus dominus Martinus Cupis de Camargo, ex Bousval, 57us abbas Villariensis. Hic per electionem succedens amplissimo domino Antonio Pinchart, inhaerens illius vestigiis, ruinas veteres reparare curavit, ecclesiae decori, quantum valuit, allaboravit; eam novo pavimento et sacristia ornavit, ornamentis diversis ampliavit; domum intus et foris, praecipue grangias et villas restauravit; debita extinxit multa; vicarius generalis creatus fuit per Belgium Hispanicum; quo officio, prout et praesulatus munere, laudabiliter functus est. Praefuit annis decem. Natus in Bousval 31 decembris 1651, professus 12 junii 1672, sacerdotio initiatus 1676, obiit Villarii 26 decembris 1714; ibidem sepultus juxta sacellum divi Bernardi.

Carolus Doneux, ex Court-Saint-Etienne, natus ....., professus 12 maii 1672, sacerdos 1674, obiit Antverpiae 15 augusti 1720.

Gobertus Tassier, Thudiniensis, natus...., professus 12 maii 1672, subdiaconus, obiit 24 junii 1673; sepultus Alnae.

Gaspar Willaume, Avesniensis, confessarius in Florida Valle, natus 1653, professus 20 augusti 1674, sacerdos 1677, obiit Villarii 5 januarii 1708.

Melchior Claessens, ex Venray, natus 1648, professus

20 augusti 1674, sacerdos 20 augusti 1674. Obiit in Rotthem 1 augusti 1703.

Balthasar Bourgoigne, Fleurucensis, pastor in Mellery, natus 1655, professus 20 augusti 1674, sacerdos 20 augusti 1674, obiit Villarii 29 mai 1731.

Gobertus Tassier, Thudiniensis, natus 1650, professus 20 augusti 1674, sacerdotio initiatus 1677, obiit Villarii 22 augusti 1692.

Laurentius Lefebure, Namurcensis, confessarius in Differtange[1], natus 1653, professus 1676, sacerdos 1679, obiit Villarii 10 aprilis 1710.

Joannes Schoriels, Bruxellensis, natus 1656, professus 2 aprilis 1679, sacerdotio initiatus 1682, obiit Villarii 9 aprilis 1729.

Benedictus Gilbert, Nivellensis, natus 1655, professus 2 aprilis 1679, sacerdos 1682, obiit Villarii 29 junii 1692.

Lambertus Fostier, ex Ville, natus 1654, professus 2 aprilis 1670, sacerdotio initiatus 1682, obiit Villarii 1700.

Adolphus Bataille, ex Marchienne-au-Pont, natus 1657, professus 11 junii 1680, sacerdotio initiatus 1683, obiit Villarii 12 februarii 1701.

Andreas De Marteau, Thudiniensis, natus 1656, professus 11 junii 1680, sacerdotio initiatus 1633, obiit Villarii 1716, 22 januarii.

Hermannus Bartholomaei, ex Comptich, natus 1657, professus 11 junii 1680, sacerdotio initiatus 1683, obiit Villarii 15 martii 1724.

Ambrosius Van Auwermeulen, Bruxellensis, confessor in Rotthem, natus 1659, professus 11 junii 1680, sacerdotio initiatus 1684, obiit in Rotthem 1695.

[1]) Differdange, ou *Differdingen*, possédait, avant la révolution française du siècle dernier, une abbaye de dames nobles, de l'ordre de Cîteaux, appelée *Fons beatae Mariae Virginis*. Ce village est situé entre Luxembourg et Longwy.

Fredericus Pellerin, Avesniensis, praeses Lovanii[1], natus 1658, professus 6 januarii 1681, sacerdotio initiatus 1684, obiit Lovanii 18 octobris 1724; sepultus in Terbanck.

Augustinus Wery, Bruxellensis, praeses Lovanii, natus 1663, professus 6 februarii 1684, sacerdotio initiatus 1687, obiit Lovanii 21 maii 1714; sepultus in Terbanck.

Gregorius Smal, ex Frâne, natus 1655, professus 6 februarii 1684, sacerdotio initiatus 1687, obiit in Mellimonte 4 martii 1731.

Hieronymus Comans, ex Couvin patria Leodiensi, natus 1663, professus 6 februarii 1684, sacerdotio initiatus 1687, obiit in Mellimonte 20 maii 1730.

Bartholomaeus Hubert, Casletensis patria Leodiensi, natus 1662, professus 6 februarii 1684, sacerdotio initiatus 1687, obiit Villarii 23 octobris 1723.

Franciscus Mangin, Bruxellensis, natus 1663, professus 24 augusti 1684, sacerdotio initiatus 1687, obiit et sepultus in Schooten 8 octobris 1695.

Marcus de Marche, ex Mozet, natus 1663, professus 24 augusti 1684, sacerdotio initiatus 1687, obiit Villarii 24 aprilis 1713.

Robertus Mouchet, ex Sombreffia, natus 1664, professus 10 novembris 1686, sacerdotio initiatus 1689, obiit Villarii 25 decembris 1731.

Edmundus Des Moulins, Lovaniensis, natus 1663, professus 10 novembris 1686, sacerdotio initiatus 1689, obiit Villarii 16 februarii 1706.

Ludovicus Triquet, ex Court-Saint-Etienne, natus 1665, professus 24 februarii 1687, sacerdotio initiatus 1690, obiit Villarii 6 januarii 1725.

[1]) *Praeses Lovanii*, c'est-à-dire président du collége de Villers à Louvain. Ce collége avait eté fondé, en 1660, pour procurer aux religieux de l'abbaye l'occasion de suivre les cours de l'Université.

Malachias Rambouse, Huensis, natus 1661, professus 24 februarii 1687, sacerdotio initiatus 1690, obiit Villarii 22 januarii 1730.

Idesbaldus Vleminx, ex Geest-Saint-Remy, confessarius in Florida Valle, natus 1664, professus 24 februarii 1687, sacerdotio initiatus 1690, obiit in Florida Valle 15 decembris 1729.

Constantius Heyster, Ruremundanus, confessarius in Lintris, natus 1665, professus 24 februarii 1687, sacerdotio initiatus 1690, obiit in Lintris 13 junii 1710.

Benedictus Matthaei, natus 1668, professus 3 augusti 1692, sacerdotio initiatus 1694, obiit Villarii 15 aprilis 1728.

Reverendus ac amplissimus dominus Jacobus Hache, 58us abbas Villariensis. Permultos annos Statuum Brabantiae deputatus ordinarius; qua in functione ita laudabiliter se gessit, ut merito patriae pater appellaretur, prout fertur; uti hic in secularibus, ita et in spiritualibus imo et majori cum laude gubernavit suisque perbene profuit. Annis praefuit 17. Bibiothecam splendide decoravit et ornamentis et exquisitissimis authoribus. Refectorium pulcherrime ornavit, et quarterium uti infirmariam reaedificavit. Multa quoque alia non minus decore restauravit et construxit aedificia. Natus in Blanmont 1663, professus 3 augusti 1692, sacerdotio initiatus 1694, sacratus fuit abbas 6 januarii 1717, obiit Bruxellis 10 decembris 1734; sepultus Villarii retro sacellum divi Caroli.

Conrardus Princen, Bruxellensis, confessarius in Lintris, natus 1666, professus 21 decembris 1693, sacerdotio initiatus 1696, obiit in Lintris 24 julii 1720.

Paulus Tordoir, ex Moustier prope Wavriam, natus 1664, professus 3 octobris 1694, sacerdotio initiatus 1696, obiit in Emellimont 19 januarii 1752.

Maximilianus Vanden Broeck, Bruxellensis, confessarius in Lintris, natus 1668, professus 3 octobris 1694, sacerdotio initiatus 1696, obiit in Lintris 17 junii 1723.

Guilelmus Wilmot, ex Naivaigne, sacellanus in Florida Valle, natus 1673, professus 3 octobris 1694, sacerdotio initiatus 1696, obiit in Florida Valle 15 maii 1720.

Thomas Bauderengien, Valencenensis, natus 1672, professus 3 octobris 1694, sacerdotio initiatus 1696, obiit Villarii 31 augusti 1741.

Alexander Cornet, Bruxellensis, natus 1672, professus 3 octobris 1694, sacerdotio initiatus 1696, obiit Villarii 14 januarii 1733.

Nicolaus Rousseau, ex Hamme-sur-Eure, natus 1672, professus 25 martii 1696, sacerdotio initiatus 1705, obiit Villarii 28 maii 1738.

Michaël Leconte, Wavriensis, natus 1668, professus 25 martii 1696, sacerdotio initiatus 1699, obiit in Oliva 8 octobris 1727.

Gobertus Mormael, Namurcensis, natus 1674, professus 25 martii 1696, sacerdotio initiatus 1700, obiit Villarii 13 januarii 1735.

Cyrillus Duquesne, ex Haine-Saint-Pierre, natus 1672, professus 25 martii 1696, sacerdotio initiatus 1700, obiit Villarii 15 aprilis 1724.

Emmanuel Bouille, Leodius, natus 1675, professus 14 apritis 1697, sacerdotio initiatus 1700, obiit in Florida Valle anno 1727.

Josephus Fournier, ex Emery, natus 1673, professus 14 aprilis 1697, sacerdotio initiatus 1700, obiit in Florida Valle 2 martii 1730.

Stephanus Leclercq, Episcopo-Fontanus, natus 168., professus 28 martii 1701, sacerdotio initiatus 1704, obiit Villarii 22 augusti 1732.

Franciscus Colombanus, Wavriensis, jubilarius, praeses Lovaniensis collegii, natus 1682, professus 28 martii 1701, sacerdotio initiatus 1706, obiit Lovanii 4 maii 1758; sepultus Villarii.

Placidus de Bethune, ex Nil-Saint-Vincent, natus 1681, professus 17 januarii 1702, sacerdotio initiatus 1705, obiit Villarii 8 julii 1713.

Henricus Servais, ex Opprebais, natus 1679, professus 17 januarii 1702, sacerdotio initiatus 1704, obiit Bruxellis 15 februarii 1738; sepultus Villarii.

Petrus De Beaumont, ex Esclaibes, natus 1676, professus 17 januarii 1702, sacerdotio initiatus 1708, obiit Villarii 29 decembris 1729.

Eugenius Goswin, ex Spy prope Namurcum, natus 1684, professus 23 novembris 1704, sacerdotio initiatus 1706, obiit Villarii 24 septembris 1745.

Gerardus De Meulenaer, Bruxellensis, natus 1681, professus 23 novembris 1704, sacerdotio initiatus 1706, obiit Villarii 30 novembris 1742.

Reverendus admodum ac amplissimus dominus Arnulphus Pottelberghe, ex Ittra, 59us abbas Villariensis, sacratus 12 decembris 1734; qui praefuit 8 annis. Praesul hic praevie prior zelosus et exemplaris multa cum laude rexit; ipse est, qui pulchrum nostrum dormitorium et capitulum reaedificavit. Natus 12 aprilis 1690, professus 26 novembris 1713, obiit Lovanii 30 aprilis 1742; sepultus Villarii juxta sacristiam sancti Caroli.

Antonius Duchesne, ex Ways, natus 13 aprilis 1683, professus 12 septembris 1706, sacerdotio initiatus 1710, obiit in Emellimonte 27 julii 1752; sepultus Villarii.

Edmundus Dawans, Lovaniensis, natus 20 octobris 1686, professus 12 septembris 1706, sacerdotio initiatus 1710, obiit Lovanii 31 augusti 1758; sepultus Villarii.

Lambertus De Ketelbutter, Hallensis, natus 1685, professus 12 septembris 1706, sacerdotio initiatus 1710, obiit in Florida Valle 12 januarii 1738.

Bernardus Paradis, ex Mettet patria Leodiensi, natus 1683, professus 12 augusti 1707, sacerdotio initiatus...., obiit in Argenton 4 mai 1756.

Ignatius Paquet, Namurcensis, natus ...., professus 12 augusti 1707, sacerdotio initiatus ...., obiit Villarii 2 aprilis 1731.

Ambrosius Leonardi, ex Sarto Landelin, natus 1683, professus 12 augusti 1707, sacerdotio initiatus ...., obiit Villarii 17 augusti 1753.

Matthaeus Courard, ex Hotton, quondam bursarius, natus 20 aprilis 1685, professus 23 septembris 1708, sacerdotio initiatus 1711, obiit Lovanii 25 martii .... ; sepultus Villarii.

Philippus Leclercqz, ex Marchienne, natus 27 septembris 1688, professus 23 septembris 1708, sacerdotio initiatus 1711, obiit Villarii 4 octobris 1749.

Abundus Wauters, Mechliniensis, confessor in Terbeeck, natus 1688, professus 29 septembris 1709, sacerdotio initiatus 1712, obiit in Terbeeck 1728.

Albertus Ketelbutter, Hallensis, confessor in Terbanck, natus 26 octobris 1690, professus 29 septembris 1709, sacerdotio initiatus 1715, obiit in Terbanck 20 maii 1734.

Ernestus de Rifflart, ex Ittria, de familia marchionum de Ittria, provisor in Schooten, natus 6 aprilis 1687, professus 23 aprilis 1713, sacerdotio initiatus 1715, obiit Antverpiae 29 octobris 1756; sepultus in Schooten.

Godefridus Bouré, Malbodiensis, natus 16 julii 1687, professus 5 septembris 1713, sacerdotio initiatus ....., obiit Villarii 22 februarii 1716.

Reverendus admodum ac amplissimus dominus Martinus Staignier, ex Gosselies, 60us abbas Villariensis, creatus 25 novembris 1742. Profuit et praefuit hic abbas 17 annis. Praesul noster triennio jubilarius collegium nostrum Villariense Lovanii reaedificavit; quod nunc non minimum est inter pulcherrima illius universitatis collegia. Grangias et villas pene omnes sub receptura d'Emellimonte restauravit et de novo aedificavit. Multa alia aedificia renovavit, praecipueque abbatiam pene omnem pulchro circumcinxit muro. Natus 2 maii 1685, pro-

fessus 12 septembris 1706, sacerdotio initiatus 1710, obiit Lovanii 5 maii 1759; sepultus Villarii retro sacellum divi Caroli.

Hubertus Warnant, Leodius, natus 1691, professus 1 septembris 1715, sacerdotio initiatus 1718, obiit Leodii 4 junii 1742; sepultus in parochia Sancti Thomae.

Laurentius Goossens, Lovaniensis, natus 31 decembris 1693, professus 1 septembris 1715, sacerdotio initiatus 1718, obiit Villarii 3 julii 1754.

Augustus Cuerens, ex Lennick sancti Martini, jubilarius, quondam provisor in Schooten, natus 22 augusti 1692, professus 1 septembris 1715, sacerdotio initiatus 1718, obiit Villarii 4 decembris 1775.

Walterus Pitaffe, Gemblacensis, receptor in Valle Ducis, natus 29 junii 1695, professus 17 maii 1716, sacerdotio initiatus 1719, obiit in Valle Ducis 23 januarii 1761; ibique sepultus.

Godefridus Dudar, ex Ernace[1] prope Gemblacum, confessarius in Lintris, natus 12 martii 1694, professus 17 maii 1716, sacerdotio initiatus 1719, obiit in Lintris 6 aprilis 1747; ibique sepultus.

Constantius Delbauche, ex Trazegnies, natus 23 februarii 1696, professus 17 maii 1716, sacerdotio initiatus 1719, obiit Villarii 10 julii 1742.

Reverendus admodum ac amplissimus dominus Daniel Daix, Wavriensis, 61us abbas Villariensis. Nominatus abbas anno 1759, installatus eodem anno 28 octobris, anno vero sequenti benedictus Cistercii ab amplissimo ac reverendissimo domino nostro generali Francisco Trouvé. Hic abbas benedictus Cistercii ob aliquod litigium, quod in ordine nostro erat super vicariatu generali, cui tunc temporis, ut fertur, illegaliter nominatus fuit abbas de Molinis[2]. Praefuit et profuit

[1]) *Ernace*, Ernage.

[2]) Moulins était une abbaye de l'ordre de Cîteaux située entre Namur et Dinant. Voyez *Analectes*, VIII, p. 5 ; et Galliot, *Histoire de Namur*, IV, p. 232.

quinque annis praesul vita longiori dignus; coepit aedificare ecclesiae frontispicium grande et decorum. Homo erat valde eruditus, sacris litteris et theologia doctissimus; per annos multos lector et pastor zelosus fuit in Mellery. Natus 4 januarii 1697, professus 17 maii 1716, sacerdotio initiatus 1724, obiit in Emellimonte 6 septembris 1764; sepultus Villarii prope sacristiam divi Caroli.

Jacobus De Ruffe, Dionantinus, natus 15 martii 1697, professus 8 septembris 1728, sacerdotio initiatus 7 junii 1721, obiit in Emellimonte 13 martii 1793; sepultus Villarii.

Andreas Duchesne, ex Ways, jubilarius, natus 1 junii 1697, professus 8 septembris 1718, sacerdotio initiatus 7 junii 1721, obiit in Emellimonte 5 januarii 1776; sepultus Villarii.

Basilius Trigau, ex Trazeignies, sacellanus in Parco Dominarum, natus 16 martii 1696, professus 8 septembris 1718, sacerdotio initiatus 7 junii 1721, obiit in Parco Dominarum 6 julii 1742; illic et sepultus.

Chrysostomus Le Suisse, Cinacensis, natus 27 januarii 1698, professus 8 septembris 1718, sacerdotio initiatus 21 martii 1722, obiit Villarii 7 aprilis 1723.

Gabriel Bailoux, Verviensis, natus 1 aprilis 1697, professus 8 septembris 1718, sacerdotio initiatus 7 junii 1721, obiit Villarii 26 aprilis 1738.

Cornelius Daels, Diesthemiensis, natus 2 septembris 1697, professus 2 aprilis 1720, sacerdotio initiatus 23 martii 1723, obiit Villarii 30 junii 1768.

Ferdinandus Le Bidart, Namuranus, natus 13 novembris 1697, professus 2 aprilis 1720, sacerdotio initiatus 23 martii 1723, obiit Lintris 11 junii 1729; ibique sepultus.

Leonardus Louis, ex Vaux, natus 27 decembris 1697, professus 2 aprilis 1720, sacerdotio initiatus 23 martii 1723, obiit in Emellimonte 14 novembris 1745; sepultus Villarii.

Placidus Renson, Hanutanus, confessarius in Valle Ducis, natus 18 martii 1699, professus 2 aprilis 1720, sacerdotio ini-

tiatus 23 martii 1723, obiit in collegio nostro Lovanii 6 martii 1770.

Dionysius Dumont, Thenensis, quondam prior Villariensis, natus 15 decembris 1698, professus 2 aprilis 1720, sacerdotio initiatus 23 martii 1723, obiit 10 novembris 1764 in domo nostra de Schooten; sepultus ibidem.

Carolus Anssems, Antverpiensis, clericus, natus 24 februarii 1697, professus 2 aprilis 1720; clericus obiit Villarii 25 januarii 1721.

Clemens Colinet, ex Braives, natus 8 decembris 1692, professus 2 aprilis 1720, sacerdotio initiatus 23 martii 1723, obiit 16 junii 1726 in Parco Dominarum.

Marcus Lefebure, Namuranus, natus 10 septembris 1698, professus 26 aprilis 1722, sacerdotio initiatus 2 septembris 1725, obiit Villarii 6 februarii 1761.

Conrardus De Witte, Bruxellensis, confessarius in Florida Valle, natus augusti 1697, professus 26 aprilis 1722, sacerdotio initiatus 2 septembris 1725, obiit in Florida Valle 8 januarii 1740.

Guido Brenart, Lovaniensis, confessarius in Florida Valle, natus 19 februarii 1700, professus 26 aprilis 1722, sacerdotio initiatus 2 septembris 1727, obiit 1 maii 1749 in collegio nostro Lovanii; sepultus in Florida Valle.

Benedictus Lebrun, Wavriensis, natus 28 augusti 1700, professus 26 aprilis 1722, sacerdotio initiatus 2 septembris 1725, obiit Villarii 26 decembris 1726.

Everardus Nizet, Verviensis, natus 28 julii 1699, professus 22 aprilis 1722, sacerdotio initiatus 2 septembris 1725, obiit Antverpiae 6 januarii 1759; sepultus in Schooten.

Carolus De Leefdael, ex Roy sanctae Odae, natus 25 martii 1701, professus 26 aprilis 1722, sacerdotio initiatus 2 sep tembris 1725, obiit Lovanii 4 octobris 1768; sepultus Villarii.

Bartholomaeus De Pauw, Lovaniensis, prior in Terbanck, natus 9 februarii 1703, professus 3 septembris 1724, sacer-

dotio initiatus 20 septembris 1727, mortuus et sepultus in Terbanck 1 novembris 1749.

Guillelmus Thibault, ex Montigni-le-Tigneux, natus 8 aprilis 1700, professus 3 septembris 1724, sacerdotio initiatus 20 septembris 1727, obiit Villarii 28 augusti 1746.

Ludovicus Wilmain, Namuranus, natus 9 novembris 1603, professus 28 octobris 1726, sacerdotio initiatus...., obiit Villarii 20 decembris 1734.

Aegidius Marteau, ex Chastelineau, jubilarius, natus 9 maii 1704; professus 28 octobris 1726, sacerdotio initiatus 10 decembris 1729, obiit Villarii 13 junii 1779.

Adolphus Gillot, Wavriensis, natus 21 octobris 1703, professus 28 octobris 1726, sacerdotio initiatus 10 decembris 1729, obiit in Emellimonte 18 octobris 1770; tumulatus Villarii.

Michaël Decœur, ex Morlanwelx, sacrae theologiae lector, natus 28 septembris 1797, professus 8 februarii 1728, sacerdotio initiatus 6 januarii 1732, obiit Villarii 11 aprilis 1737.

Petrus de Robiano, Bruxellensis, confessarius in Parco Dominarum, natus 5 junii 1707, professus 8 februarii 1728, sacerdotio initiatus 6 januarii 1732, mortuus et tumulatus in Parco Dominarum 9 decembris 1759.

Maximilianus Renaux, Episcopo-Fontanus, natus 19 februarii 1706, professus 6 maii 1728, sacerdotio initiatus 6 januarii 1732, obiit in collegio Lovanii 4 martii 1746; sepultus in Florida Valle.

Albericus Du Bois, Carolo-regius, quondam in abbatiis ordinis nostri praecipue in Aurea Valle[1] lector, dehinc in Terbeeck et in Terbanck confessarius, factus pastor in Sanctae Mariae, primus domum pastoralem sibi fieri curavit. Vir erat

[1]) Orval, célèbre abbaye cistercienne située dans le Luxembourg. Les ruines de ce magnifique monastère existent encore aujourd'hui à Villers-devant-Orval.

saeculi sui eruditissimus et omni scientia praeditus. Natus 1 octobris 1709, professus 24 augusti 1729, sacerdotio initiatus 21 octobris 1733, obiit in pago Sanctae Mariae ; sepultus Villarii.

Benedictus Leleux, Lessiniensis, natus 27 januarii 1709, professus 24 augusti 1729, sacerdotio initiatus 29 maii 1733, obiit in Emellimonte 12 januarii 1771 ; sepultus Villarii.

Bonifacius Wilmet, ex Waiz, jubilarius, natus 4 novembris 1708, professus 24 augusti 1729, sacerdotio initiatus 20 decembris 1732, obiit Villarii 24 junii 1791 ; ibidem in coemi terio sepultus.

Bonaventura Gobert, Lessiniensis, natus 3 maii 1707, professus 24 augusti 1729, sacerdotio initiatus 20 octobris 1732, pastor Sanctae Mariae, obiit 6 januarii 1763 in Emellimonte, sepultus Villarii.

Joannes Piron, ex Tongrinnes, quondam prior Villariensis ; receptor in Valle Ducis, natus 9 aprilis 1709, professus 24 augusti 1729, sacerdotio initiatus 20 septembris 1733, obiit 1 junii.... ; mortuus et sepultus in Valle Ducis.

Gregorius Mambour, ex Monte sancti Guiberti, Villarii quondam bursarius, receptor in Emellimonte et jubilarius, primus sacerdos in coemeterio sepultus post edictum caesareum 1774. Natus 18 febriarii 1709, professus 22 aprilis 1731, sacerdotio initiatus 10 aprilis 1734, obiit in Emellimonte 3 decembris 1784 ; sepultus Villarii in coemeterio.

Chrysostomus Veneul, ex Ecaussines sancti Remigii, natus 18 aprilis 1706, professus 22 aprilis 1731, sacerdotio initiatus 4 junii 1735, obiit 1 julii 1768 ; sepultus Villarii.

Hieronymus Francart, Nivellensis, jubilarius, provisor quondam Villarii et praeses collegii Villariensis Lovanii. Fuit hic sacrae theologiae baccalaureus. Natus 6 martii 1707, professus 22 aprilis 1731, sacerdotio initiatus 10 aprilis 1734, obiit Lovanii 15 novembris 1793, sepultus in Villario.

Malachias Decolins, ex Quieverchiens, natus 1 decembris

1702, professus 22 aprilis 1731, sacerdotio initiatus 10 aprilis 1734, mortuus in Schooten 19 junii 1776 ; sepultus in Sint-Job-in-'t Ghoor.

Abundus Destrée, Huensis, natus 2 aprilis 1711, professus 22 aprilis 1731, sacerdotio initiatus 24 septembris 1735, obiit Villarii 17 augusti 1752.

Reverendus ac amplissimus dominus Robertus de Bavay, Bruxellensis, 62us abbas Villariensis. Installatus 10 februarii 1765, benedictus ab episcopo Namurcensi illustrissimo domino De Berlo de Franc-Douaire 12 februarii 1765, vicarius generalis ordinis Cisterciensis per Belgium Austraicum. Praefuit laudabiliter 17 annis. Ipse absolvit frontispicium ecclesiae coeptum a praedecessore suo, refugiumque nostrum Bruxellense intus et foris splendide et sumptuose ornavit. Natus 11 junii 1711, professus 16 julii 1733, sacerdotio initiatus 22 septembris 1736, mortuus Villarii 4 aprilis 1782 ; sepultus in sacello, qnod construxit juxta altare divi Joannis Baptistae.

Stephanus Sartiau, Florinensis, natus 18 aprilis 1710, professus 26 julii 1733, sacerdotio initiatus 20 octobris 1737, obiit Villarii 7 junii 1749.

Josephus Mercx, Nivellensis, natus 13 septembris 1713, professus 29 julii 1734, sacerdotio initiatus 12 martii 1740, obiit sepultusque est in Schooten 24 januarii 1767.

Alexander Henrion, ex Villers-lez-Bouillet, natus 22 maii 1713, professus 29 julii 1734, sacerdotio initiatus 13 maii 1739, obiit Villarii 15 februarii 1768.

Arnolphus Courtoy, Perwetensis in Brabantia, natus 4 octobris 1712, professus 22 aprilis 1736, sacerdotio initiatus 23 maii 1739, obiit Villarii 21 augusti 1774.

Norbertus Dassonville, ex Courcelle, sacellanus in Parco Dominarum, natus 7 martii 1715, professus 25 augusti 1737, sacerdotio initatus 25 februarii 1741, obiit Lovanii 24 augusti 1778; sepultus in Parco Dominarum.

Ludovicus Monoyer, ex Courcelle, jubilarius, natus 12 martii

1714, professus 25 augustii 1737, sacerdotio initiatus 25 februarii 1741, obiit in Emellimonte 24 februari 1789; sepultus Villarii in coemeterio.

Albertus Wery, ex Marchienne-au-Pont, prior sub abbatibus Staignier et Daix, iteratis vicibus apud moniales confessarius, tandem pastor in Mellery obiit, postquam destitisset a pastoratu tribus hebdomadibus ante mortem et hunc pastoratum rexisset cum zelo et fervore 21 annis. Cum esset prior iteratis vicibus, maxima cum laude confratres praeivit et pavit verbo et exemplo. Sub ipso reaedificata fuit ecclesia de Mellery[1] et multis decorata ornamentis et vasis sacris. Natus 17 martii 1714, professus 25 augusti 1737, sacerdotio initiatus 25 februarii 1741, obiit in Mellery 29 julii 1786; sepultus Villarii in coemeterio.

Nicolaus Lesage, ex Quievrain, natus 2 martii 1717, professus 6 decembris 1740, sacerdotio initiatus 9 martii 1743, obiit in Emellimonte 22 februarii 1771; sepultus Villarii.

Clemens De Riddere, Bonnensis in Germania, natus 11 augusti 1717, professus 6 decembris 1740, sacerdotio initiatus 9 martii 1743, obiit Villarii 8 junii 1765.

Lambertus Grenade, ex Hodimont in patria Limburgensi, natus 12 martii 1718, professus 6 decembris 1740, sacerdotio initiatus 9 martii 1743, obiit... 14 decembris 1759.

Thomas Isbeque, ex Ham-sur-Eure, per paucos annos pastor in Mellery. Natus... 1708, professus 18 decembris 1742, sacerdotio initiatus 21 septembris 1743, obiit Villarii 29 aprilis 1768.

Martinus Lejupin, ex Rechain patriae Limburgensis, prior sub amplissimo domino de Bavay rigidus et austerus per novem annos. Natus 26 augusti 1719, professus 12 maii

[1]) Mellery ou Melery, paroisse voisine de l'abbaye, fut desservie par les religieux de Villers jusqu'à la fin du siècle dernier.

1743, sacerdotio initiatus 19 decembris 1745, mortuus et sepultus in 17 martii Schooten 1782.

Gerardus Francq, ex Lobbes, bursarius, natus 22 augusti 1719, professus 12 maii 1743, sacerdotio initiatus 19 decembris 1745, obiit Villarii 3 januarii 1782.

Michaël Delpierre, ex Jumet, provisor in Schooten, natus 2 julii 1720, professus 23 augusti 1744, sacerdotio initiatus 23 decembris 1747, obiit et sepultus in Schooten 15 februarii 1785.

Reverendus ac amplissimus dominus Placidus de Sellys, Carolo-regius, abbas Nizollensis. Postquam per multos annos lectoris et procuratoris officio functus fuisset Villarii, confessarius in Argenton[1] multis annis fuit; ubi ex denominatione regia ad abbatialem dignitatem Nizellae[2] evectus est, et 1 decembris anni 1771 illic creatus ac installatus fuit ab amplissimo domino de Bavay, tunc ordinis vicario generali. Homo hic valde eruditus praefuit undecim annis. Natus 28 augusti 1725, professus 23 augusti 1744, sacerdotio initiatus 20 septembris 1749, obiit sepultusque est in abbatia Nizellensi 22 novembris 1782.

Conrardus Fontaine, Rhodiensis (vulgo Roeulx), natus 9 februarii 1721, professus 3 augusti 1744, sacerdotio initiatus 23 decembris 1747, obiit Villarii 15 augusti 1781.

Ferdinandus Denis, Herviensis, natus 1 aprilis 1717, professus 3 augusti 1744, sacerdotio initiatus 23 decembris 1747, obiit ac sepultus est in Schooten 26 aprilis 1792.

Gobertus Beauraing, ex Rechaing in patria Limburgensi,

[1]) Argenton, autrefois abbaye de femmes de l'ordre de Cîteaux, fondée en 1229, est actuellement une dépendance de la commune de Lonzée.

[2]) Nizelles, abbaye d'hommes de l'ordre de Cîteaux, fondée vers le milieu du xv[e] siècle, par des religieux de l'abbaye de Moulins, fut supprimée par Joseph II, en 1783. Sur son emplacement s'élèvent deux fermes, la Haute et la Basse Nizelle; la première dépend de Wauthier-Braine, la deuxième d'Ophain.

natus 7 januarii 1726, professus 7 aprilis 1749, sacerdotio initiatus 26 februarii 1752[1].

Gabriel Hanlet, Limburgensis, natus 16 julii 1723, professus 7 aprilis 1749, sacerdotio initiatus 26 februarii 1752.

Guillelmus Chantinnes, ex Jandrain, provisor anno 1789, vocatus in Genap a domino d'Alton, Austriacarum copiarum in Belgio praefecto, qui Belgium cum suis fugiebat a facie patriottarum et populi, qui tyrannidem Austriacam exuebant, ductus fuit Namurcum ut captivus maneat, donec summam nummorum tribuisset ipsi praefecto, illam vi exigenti; sed die postero caute manus ejus evasit et domum tranquille repetiit. Natus 2 decembris 1727, professus 7 aprilis 1749, sacerdotio initiatus 26 februarii 1752.

Henricus Dubois, Athensis, provisor in Schooten, natus 10 augusti 1727, professus 29 septembris 1750, sacerdotio initiatus 16 junii 1753.

Vincentius Bienfait, Sonegiensis, provisor in Emellimonte, natus 7 januarii 1727, professus 29 septembris 1750, sacerdotio initiatus 16 junii 1753.

Philippus Ternois, Tornacensis, natus 4 augusti 1726, professus 3 octobris 1751, sacerdotio initiatus 9 martii 1754, obiit et sepultus est in coemeterio Villarii 14 octobris 1791.

Stephanus Pourbaix, ex Sancti Vedasti ad Hanniam, lector et procurator Villarii, pastor zelosus in Sanctae Mariae[2] per multos annos, natus 28 octobris 1731, professus 3 octobris 1751, sacerdotio initiatus 9 martii 1754, obiit in Sanctae Mariae 31 martii 1787 ; illic et in coemeterio sepultus.

1) Les religieux dont le décès n'est pas marqué sont morts après la suppression de l'abbaye.

2) Avant l'érection des évêchés au XVI[e] siècle, Sainte-Marie était une *quarte-chapelle* du doyenné de Jodoigne sous le diocèse de Liége; après cette érection elle continua de faire partie du même décanat, mais sous l'évêché de Namur. Après le concordat elle fut chapelle ou annexe de la succursale de Malève jusqu'au 11 juillet 1842, lorsqu'elle obtint rang de succursale faisant partie du doyenné de Perwez sous le diocèse de Malines.

Maximilianus Faucille, ex Piéton, natus 25 maii 1727, professus 3 octobris 1751, sacerdotio initiatus 9 martii 1754, obiit et sepultus in Schooten 25 septembris 1794.

Paulus Dubois, ex Felleries, receptor in Valle Ducis, natus 20 februarii 1728, professus 25 februarii 1753, sacerdotio 13 martii 1756.

Matthaeus Surleraux, ex Sanctae Reynildis, natus 21 novembris 1729, professus 25 februarii 1753, sacerdotio initiatus 13 martii 1756.

Antonius Lison, Athensis, natus 15 septembris 1730, professus 16 decembris 1753, sacerdotio initiatus 4 junii 1757, obiit Villarii 4 januarii 1788; sepultus in coemeterio.

Nivardus Schoonheyt, Bruxellensis, natus 9 augusti 1735, professus 16 decembris 1753, sacerdotio initiatus 21 septembris 1759.

Reverendus admodum ac amplissimus dominus Leonardus Pirmez, ex Leuze, 63[us] abbas Villariensis. Hic, quondam lector Villarii et confessarius in Argenton, evectus est ad abbatialem dignitatem anno 1783, postquam sedes abbatialis vacasset anno et fere dimidio. Quo tempore multae domus religiosae extinctae fuerunt per auctoritatem regiam; idem naufragium tunc patiebatur domus nostra. Tandem nominatus amplissimus noster cum onere assumendi et perficiendi aulam aedificatam Bruxellis pro inhabitatione ministri regii. Installatus fuit 20 septembris, et postero die anni 1783 benedictus fuit ab illustrissimo domino Alberto de Lichtervelde, episcopo Namurcensi. Multa podagra praegravatus, aeger praefuit novem mensibus. Natus 25 januarii 1731, professus 22 julii 1754, sacerdotio initiatus 5 martii 1757, obiit Villarii 7 junii 1784; sepultus retro sacellum sancti Caroli.

Ambrosius Tenre, Rhodiensis, natus 30 julii 1732, professus 8 decembris 1754, sacerdotio initiatus 5 martii 1757.

Eugenius Masson, Episcopo-Fontanus, natus 5 augusti 1735, professus 8 decembris 1754, sacerdotio initiatus 21 sep-

tembris 1759, obiit Villarii 22 julii 1785; sepultus in coemeterio.

Bernardus Masure, ex Jumet, sacrae theologiae baccalaureus formatus, natus 7 junii 1736, professus 21 decembris 1757, sacerdotio initiatus 2 martii 1761, obiit Villarii 17 septembris 1783.

Basilius Cornet, ex Asquillies, sacrae theologiae baccalaureus formatus, natus 18 decembris 1734, professus 21 decembris 1757, sacerdotio initiatus 2 martii 1761, obiit Villarii 9 augusti 1788; sepultus in coemeterio.

Daniel De Praille, Thenensis, sacrae theologiae baccalaureus formatus, prior per quatuor annos sub regimine R. D. de Bavay et sede vacante, receptor in Parco Dominarum. Natus 10 augusti 1737, professus 19 aprilis 1761, sacerdotio initiatus 17 martii 1764, obiit 29 julii 1792; sepultus in Parco Dominarum.

Hubertus Vincent, Floriniensis, natus 3 novembris 1736, professus 19 aprilis 1761, sacerdotio initiatus 17 martii 1764.

Godefridus De Groodt, Bruxellensis, sacrae theologiae baccalaureus formatus, lector Villariensis, illic prior sub regimine R. D. de Bavay, receptor in Parco Dominarum. Natus 19 junii 1739, professus 19 aprilis 1761, sacerdotio initiatus 17 martii 1764, obiit 20 augusti 1783; sepultus in Parco Dominarum.

Constantius Louis, Namuranus, sacrae theologiae baccalaureus formatus, natus 28 maii 1737, professus 19 aprilis 1761, sacerdotio initiatus 17 martii 1764.

Franciscus Blarieau, Montensis, sacrae theologiae baccalaureus formatus, per multos annos sacellanus et confessarius successive in Florida Valle, prior zelosus sub regimine amplissimi domini Cloquette. Natus 14 martii 1742, professus 19 aprilis 1761, sacerdotio initiatus 15 martii 1766.

Georgius Somville, ex Walhain, sacrae theologiae baccalaureus formatus, confessarius in Parco Dominarum, natus

2 decembris 1740, professus 19 aprilis 1761, sacerdotio initiatus 22 decembris 1764.

Petrus La Chapelle, Thudiniensis, sacrae theologiae baccalaureus formatus, prior in Terbanck, cum extinctum fuit monasterium; postea factus prior Villarii sub regimine amplissimi domini Pirmez et sede vacante; quo tempore institutus est pastor Sanctae Mariae. Natus 18 octobris 1740, professus 10 octobris 1762, sacerdotio initiatus 1 junii 1765, obiit Villarii 26 julii 1780.

Walterus Thumas, ex Grez, natus 2 novembris 1738, professus 10 octobris 1762, diaconus, obiit in Emellimonte 5 martii 1765; sepultus Villarii.

Guido Art, ex Brania Allodii, sacrae theologiae baccalaureus formatus, natus 18 octobris 1740, professus 10 octobris 1762, sacerdotio initiatus 1 junii 1765, obiit Villarii 26 julii 1780.

Reverendus admodum ac amplissimus dominus Bruno Cloquette, Athensis, sacrae theologiae baccalaureus formatus, 64us abbas Villariensis; nominatus abbas 8 januarii 1788, installatus eodem anno 1 martii et postero die benedictus ab illustrissimo domino Alberto de Lichtervelde, episcopo Namurcensi. Hic vir omni eruditione plenus quasi gradatim per varia officia ad praelaturam pervenit; successive succentoris et cantoris officio zelose perfunctus, iterata vice theologiam erudite juniores docuit; quo inter media archiva domus pervolvit. Sede vacante quatuor annis regens, cum tribus fratribus regentibus, domum maxima cum laude in temporalibus duxit. Quo in tempore, superstite adhuc pastore de Mellery domino Alberto Wery, institutus est illius loci rector; quem ut zelosus et bonus ovium pastor exemplariter rexit, et tandem omnium applausu ingentique cum gaudio post multas et iteratas suppressionum minas, plurimaque domui imposita onera gravia, et ad redimendam illam injustam vexam, qua continuo monasterium minabatur, concessa, nominatus fuit

8 januarii 1788; et eodem anno 1 martii magna cum pompa domum introductus, installatus est, dieque postero solemni ritu benedictus. Ast vix incipiens praelaturam multis fuit oppetitus tribulationibus cum caetero statuum ecclesiasticorum caetu; qui, uti et alii praelati Brabantiae et omnium provinciae statuum membra plurima, nolentes juste iniquae regiae petitioni annuere, pro bono et utilitate religionis et patriae Leodiensem et Mosae Trajectensem regionem exul variis in locis perhabitavit. Quo tempore, cum exulans moraretur et morari intenderet Hui in refugio Alnensis abbatiae usque ad reditum in patriam, illic recognitus a militibus missis ad eum captivum patriam reducendum, eorum manus aufugit, recedens inde quam cito habitu indutus rustico. His in provinciis moratus est quatuor circiter mensibus, et praecipue in abbatia nobilium monialium de Hocht[1], ordinis nostri; ubi in gratiarum actionem beneficii hospitii per plurimas hebdomadas concessi, casulam polymitam et splendidam dono dedit. Redux in patriam post aliquos menses pro bono et utilitate patriae, annuente tota communitate, quaedam bona oppignoravit. Natus 8 februarii 1744, professus 10 octobris 1762, sacerdotio initiatus 14 martii 1767[2].

Ernestus Dubois, Athensis, natus 24 octobris 1741, professus 10 octobris 1762, sacerdotio initiatus 21 decembris 1765.

Fredericus Godard, ex Cortil, natus 25 maii 1740, professus 19 octobris 1762, sacerdotio initiatus 1 junii 1765.

Edmundus Careme, Wavriensis, sacrae theologiae baccalaureus, confessarius in Valle Ducis, natus 22 januarii 1742, professus 10 octobris 1762, sacerdotio initiatus 15 martii 1766, obiit 15 novembris 1786; sepultus in Valle Ducis.

[1]) Hocht, autrefois abbaye de femmes de l'ordre de Cîteaux, forme aujourd'hui une dépendance de la commune de Lanaeken. Cette abbaye a servi de lieu de sépulture à quelques membres de la famille de Mérode, seigneurs de Petershem.

[2]) Antoine-Joseph (dom Brunon) Cloquette, dernier abbé de Villers, mourut à Ath le 12 octobre 1828.

Robertus Joris, ex Walhain, natus 1 aprilis 1744, professus 16 novembris 1766, sacerdotio initiatus 23 decembris 1769[1].

Bartholomaeus De Labye, ex Jumet, natus 24 novembris 1739, professus 16 novembris 1766, sacerdotio initiatus 23 decembris 1769.

Simon Lauwers, ex Rotselaer, natus 9 februarii 1741, professus 16 novembris 1766, sacerdotio initiatus 23 decembris 1769.

Josephus Fonson, Bruxellensis, sacrae theologiae baccai laureus formatus, natus 21 septembris 1745, professus 26 junii 1768, sacerdotio initiatus 25 maii 1771.

Jacobus Reghem, ex Haulchin, sacrae theologiae baccalaureus formatus, natus 10 octobris 1744, professus 26 junii 1767, sacerdotio initiatus 25 maii 1771[2].

Thomas Dedoncker, ex Ophain, natus 10 junii 1747, professus 26 martii 1770, sacerdotio initiatus 25 maii 1773,.....

Lucas Dumont, Bruxellensis, natus 19 octobris 1745, professus 26 martii 1770, sacerdos 25 maii 1773[3].

Marcus Thays, ex Bousval, natus 12 octobris 1744, professus 26 martii 1770, diaconus, obiit epilepsia tactus 3 septembris 1770; sepultus Villarii.

Laurentius Dejonghe, Bruxellensis, natus 9 martii 1748, professus 26 martii 1770, sacerdotio initiatus 1 aprilis 1775[4].

Dionysius Desambre, ex Nodebaix, sacrae theologiae bacca laureus formatus, pastor in Mellery, natus 1 novembris 1750, professus 25 februarii 1772, sacerdotio initiatus 1 aprilis 1775.

Benedictus Donies, Mechliniensis, natus 17 octobris 1751, professus 24 martii 1776, sacerdotio initiatus 1777[5].

1) Louis-Ghislain (dom Robert) Joris mourut à Tirlemont le 7 mars 1819.

2) Il était prieur au moment de la suppression de l'abbaye.

3) Ignace (dom Luc) mourut à Bruxelles le 13 juillet 1815.

4) Mourut à Marbais le 23 juillet 1823.

5) François (dom Benoît) devint vicaire de Saint-Pierre à Malines, et mourut dans cette ville le 28 septembre 1824.

Joannes Debroux, ex Limal, natus 29 aprilis 1754, professus 15 junii 1779, sacerdotio initiatus 19 februarii 1780[1].

Augustinus Lenain, ex Lestine-Haute, natus 16 julii 1753, professus 15 junii 1779, sacerdotio initiatus 19 februarii 1780[2].

Marcus Craps, ex Tervueren, natus 20 augusti 1753, professus 15 junii 1779, sacerdotio initiatus 19 februarii 1780[3].

Clemens Devillers, Nivellensis, natus 8 decembris 1755, professus 8 decembris 1780, sacerdotio initiatus 21 septembris 1781[4].

Amandus Van Genechten, Gelensis, natus .. 1756, professus 9 decembris 1781, sacerdotio initiatus 21 septembris 1782.

Albericus Philippet, ex Wange, natus .. 1755, professus 9 decembris 1781, sacerdotio initiatus 21 septembris 1782.

Carolus Gobbe, ex Braine-Lalleud, natus 23 augusti 1757, professus 4 maii 1783, sacerdotio initiatus 5 junii 1784[5].

Alexander Gosin, ex Lincent, natus 3 martii 1756, professus 4 maii 1783, sacerdotio initiatus 5 junii 1784.

Lambertus Henry, ex Glimes, natus 12 maii 1754, professus 4 maii 1783, sacerdotio initiatus 29 maii 1784[6].

Norbertus Perraulx, ex Huppaye, natus 26 octobris 1754, professus 4 maii 1783, sacerdotio initiatus 5 junii 1784[7].

Andreas Moeremans, Bruxellensis, natus 12 januarii 1758, professus 4 maii 1783, sacerdotio initiatus 14 decembris 1784[8].

Leonardus Brion, Wavriensis, natus 20 septembris 1756,

1) Jean Debroux mourut à Limal le 29 décembre 1820.

2) Mort, étant curé de Jauchelette, le 10 mai 1819.

3) Engelbert (dom Marc) Craps mourut à Tervueren le 26 septembre 1833.

4) Joseph-Guillaume (dom Clément) devint curé à Lillois-Witterzée. Il abandonna le saint ministère et mourut à Nivelles le 16 août 1838.

5) Décédé à Bousval le 3 juin 1823.

6) Décédé à Marbais le 10 avril 1831.

7) Devint curé à Mellery, où il mourut le 22 octobre 1823.

8) Jean-Baptiste-Joseph (dom André) Moeremans mourut à Bruxelles le 2 novembre 1816.

[1]) Ce document est intitulé : *Revocatio donationis per dominum de Argenteal.*

beraliter quictamus ecclesie memorate; et volumus, ne per nos vel per aliquem heredum nostrorum, quicumque fuerit, clericus vel laicus, masculus vel mulier, sive nobis viventibus, sive mortuis, valeat imposterum ecclesia memorata molestari, vel contra ipsam super eisdem bonis aliqua questio suscitarj. Jurati etiam dicimur et bona fide promittimus, quod hec omnia, sicut superius sunt expressa, servabimus inviolabiliter in futurum, et ad ea firmiter servanda heredes nostros omnes et singulos presentibus litteris obligamus. In cujus rei testimonium et munimen presentibus litteris, nos Renaldus predictus nostrum sigillum appendimus, et sigillum officialitatis sedis Leodiensis fecimus appendi.

Nos vero officialis predictus, ad petitionem dictorum Renaldi et Joje, ejus uxoris, qui premissa omnia, prout superius sunt expressa, fecerunt et ordinaverunt coram dilecto fideli nostro Lamberto de Dionanto, tabellione curie Leodiensis, ad hoc a nobis specialiter deputato et ad ipsos de latere nostro transmisso, sicut idem Lambertus, cuj fidem plenariam adhibemus in hac parte, nobis duxit referendum, predictum sigillum officialitatis predicte eisdem litteris presentibus duximus apponendum.

Datum et actum anno Dominj millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, in vigilia beatj Johannis Baptiste.

XIV.

L'official de Liége confirme la donation de biens allodiaux faite par le seigneur d'Argenteau à l'abbaye de Floreffe[1].

23 juin 1272.

Universis presentes litteras inspecturis officialis curie Leodiensis salutem in vero Salutarj. Ne recte sopita valeant impos-

[1]) Ce document est intitulé : *Ratificatio donationis praedictae.*

terum suscitarj, necesse est ea, que geruntur, scripture memorie commendarj. Hinc est, quod, cum Henricus clericus, natus nobilis viri Renaldj, militis dominj de Argenteal et Joje, ejus uxoris, diceret se jus habere in quibusdam bonis allodialibus sitis apud Tymion ex collatione dictorum parentum suorum sibi facta de bonis eisdem; que bona diutissime possederat et possidet ecclesia Floreffiensis, et super quibus bonis ipse Henricus ecclesiam prefatam multipliciter molestabat; tandem jdem Henricus ad cor versus, bonorum consilio in nostra propter hoc presentia constitutus, recognovit in dictis bonis se nullum jus habere vel unquam habuisse, sive ex collatione predicta, sive aliunde, et, si quod jus habebat vel habere poterat in eisdem bonis, illud effestucabat et quittabat liberaliter ecclesie memorate. Promisit etiam ipse Henricus sub jurisjurandi religione fideque in manu nostra corporaliter prestita, quod in eisdem allodijs, quocumque nomine censeantur, sive in judicio, sive extra judicium, per se vel per alium, nunquam in posterum jus aliquod reclamabit nec dictam ecclesiam super eisdem bonis, vel partem ipsorum, in futurum aliquatenus molestabit; sed, quod dicta ecclesia ipsis bonis pacifice gaudeat, pro suis viribus procurabit. Voluit etiam spontaneus et concessit quod, si dictam ecclesiam super eisdem bonis ad judicium vocaret, aut alias extra judicium, per se vel per alium, molestaret, nos per penam excommunicationis in ipsum animadvertere, et per alia juris remedia, valeamus, et pro contenta jurisjurandj et fidei religione puniamus, et ipsam ecclesiam in sua possessione pacifica tueamur. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillo officialitatis sedis Leodiensis ad petitionem prefati Henricj fecimus roborarj.

Datum et actum anno Dominj millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, in vigilia nativitatis beatj Johannis Baptiste.

XV.

Sentence de l'official de Liége qui adjuge la cure de Thiméon à Hugues de Insula[1].

27 juin 1272.

In nomine Domini, Amen. Universis presentes litteras inspecturis officialis curie Leodiensis salutem in Domino. Noveritis universi et singuli, quod, cum magister Hugo de Insula, decanus Tudiniensis, magistrum Johannem dictum de Chaneis, decanum de Runaj, coram venerabili viro et discreto domino Theodorico, quondam archidiacono Leodiensi, vel ejus vices gerente, super ecclesia de Thimion traxisset in causam, petitionem suam contra eundem magistrum Johannem edidit in hunc modum :

Archidiaconus dicit et proponit jure coram vobis : Magister Hugo de Insula, decanus Tudiniensis, contra magistrum Johannem, clericum venerabilis viri Th. de Pert, Cameracensis archidiaconi, quia ipse magister Hugo ad ecclesiam de Timion vacantem per mortem magistri Simonis, quondam dicte ecclesie investiti, a viris religiosis abbate et conventu Floreffiensibus, patronis dicte ecclesie, vel quj sunt in possessione vel quasi presentandi ad eandem, canonice vobis est presentatus, et dictus magister Johannes minus juste presentationi sue se opponit impeditque eum sine causa, quominus per vos ad curam dicte ecclesie admittatur. Quare petit dictus magister Hugo, cum vobis constiterit de premissis, ad curam dicte ecclesie admitti, et in eadem ecclesia per vos institui cum solemnitatibus debitis et consuetis, que in talibus fieri consueverunt; perpetuum dicto magistro Joanni super oppositione sua et dicta ecclesia silentium imponentes. Hec dicit et petit, salvo sibi in omnibus juris beneficio, addendi, minuendi et cetera. Et

[1]) Ce document est intitulé : *Sententia officialis super admissione ad ecclesiam de Thymeon.*

protestatus est dictus magister Hugo quod, si omnia non probaverit, valeant ei probatum vel probata de premissis, ac si plura non proposuisset.

Idem quoque magister Johannes super eadem ecclesia de Tymion contra dictum magistrum Hugonem ex adverso petitionem suam edidit sub hac forma : Judex dicit et proponit coram vobis : Magister Johannes de Chaeneis, clericus, quia ipse est canonice presentatus ad ecclesiam de Tymeon vacantem ex morte magistri Simonis dicti de Transitu, quondam dicte ecclesie investiti, a viro discreto domino Arnoldo dicto Dizant, canonico Leodiensi, habente super hoc potestatem a reverendo patre et domino nostro Dei gratia Cameracensi episcopo; qui episcopus habebat potestatem presentandi ad eandem ecclesiam a viro religioso abbate Lissiensis monasterij, ordinis sancti Benedicti, patrono dicte ecclesie, seu qui est in possessione vel quasi presentandi ad eandem. Quare petit a vobis et supplicat dictus magister, cum vobis legittime constiterit de premissis vel de aliquibus premissorum, que ad ejus intentionem habendam sufficiant, ipsum in dicta ecclesia, prout moris est, institui, curamque ipsius ecclesie eidem conferri cum alijs solemnitatibus, que in talibus fieri consueverunt, non obstante contradictione seu oppositione magistrj Hugonis, decani Tudiniensis; qui predictis nimis injuste petens idem magister Johannes ipsum magistrum Hugonem, ut a predictis contradictione et oppositione seu etiam impedimentis desistat, per diffinitivam sententiam condempnarj et etiam cohercerj, et eidem super dicta ecclesia perpetuum silentium imponj. Hec dicit et petit, salvo suo jure addendi, minuendi et declarandi, per omnia protestans, quod ei valeant, que probabit de premissis.

Lite igitur coram dicto domino archidiacono, vel ejus vices gerente, super predictis mutuis petitionibus a partibus legittime contestata, prestito sacramento de veritate dicenda, factis positionibus et responsionibus ad eas in scriptis redactis,

testibus ab utraque parte productis, juratis, auditis et diligenter examinatis, eorumque depositionibus rite publicatis, data copia dicendi in testes, et dicta testium conclusione in causa seu causis, die demum ad audiendum sententiam diffinitivam partibus non semel sed pluries coram dicto archidiacono vel ejus vices gerente assignata, et juris ordine in omnibus observato, idem archidiaconus, vel eius vices gerens, huiusmodi causam seu causas, videlicet ultimi termini metam protrahendo pro sue libito voluntatis infra septennium, licet diffiniendi comoditatem haberet, negotium per sententiam terminare non curavit diffinitivam, pluries ex parte partium propter defectum justitie, nec non et nimiam cause seu causarum predictarum prorogationem, dictus magister Hugo sentiens se a predicto archidiacono, vel ejus vices gerente, indebite pregravarj ad nostram audientiam appellavit, et sic causa vel causis predictis ad nos per viam appellandi devolutis, pronuntiato quoque a nobis ipsum magistrum Hugonem a predicto archidiacono, vel ejus vices gerente, ad nos legittime appellavisse, et dicto magistro Johanne legittime vocato, acta cause seu causarum predictarum coram ipso archidiacono, vel ejus vices gerente, super prefata ecclesia de Tymion confecta diligenter et cum deliberatione examinantes et attendentes ea, que partes ipse in judicium deduxerunt, jurisperitorum consilio prefatum magistrum Johannem in ecclesia de Tymion predicta peremptorie citari mandavimus, ut compareret coram nobis Leodij contra dictum magistrum Hugonem ad feriam secundam post nativitatem beatj Johannis Baptiste, hora prime, auditurus sententiam seu sententias diffinitivas super ecclesia de Tymeon superius memorata, cum interminatione quod, sive veniret sive non, nihilominus ad probationem sue seu suarum ipsa die procederemus, prout jus dictarum. Qua die et hora predictus magister Johannes non venit, nec pro se misit, se per contumatiam absentando, predicto magistro Hugone personaliter comparente, et sententiam

seu sententias, non obstante contumacia ipsius magistri Johannis, instanter fieri petente, visis et consideratis causis seu causarum meritis, intellecta etiam forma petitionis, diligenter inspectis, invenimus ipsum magistrum Johannem in probatione intentionis sue defecisse; unde eidem magistro Johannj super dicta ecclesia silentium per sententiam diffinitivam imponimus; dictum vero magistrum Hugonem ex presentatione abbatis et conventus Floreffiensium habere jus in dictam ecclesiam de Thymion, et ad eandem esse admittendum per sententiam pronuntiamus; eundem ipsum magistrum Hugonem per huiusmodi sententiam ad dictam ecclesiam admittentes, salva eidem magistro Hugoni questione expensarum litis habite inter eos; quarum taxationem nobis reservamus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum officialitatis sedis Leodiensis duximus apponendum.

Datum anno Dominj m° cc° lxx°, feria secunda post nativitatem beati Johannis Baptiste.

XVI.

Jean I, duc de Brabant, consent à la vente du fief de Thiméon à l'abbaye de Floreffe[1].

21 octobre 1274.

Johannes, Dei gratia dux Lotharingie et Brabantiae, nobili viro dilecto fideli suo G., domino de Marbais, salutem et sinceram dilectionem. Noveritis, quod ad hoc nostrum adhibuimus consensum pariter et assensum, quod dilectus fidelis noster Alardus, dominus de Roeve, vendat personis religiosis feodum de Thimion, quod de vobis tenet, et de quo nobis titulo feodi estis obligati, presentium testimonio litterarum.

Datum die dominica post festum Luce, evangeliste, anno Dominj m° cc° lxxiiij°.

[1]) Ce document est intitulé : *Johannes, dux Lotharingiae, significat suum consensum domino de Marbais.*

XVII.

Jean I, duc de Brabant, autorise la vente du fief de Thiméon à l'abbaye de Floreffe[1].

3 janvier 1275 (nouveau style).

Johans, par la grâce de Dieu duc de Lothier et de Brabant, à tous caus quj ces présentes lettres verront et oront salut. Cum ensi soit qu'il plaise à gentilhomme no féable Alart, chevalier et seigneur de Rève, vendre warison, bien et héritages qu'il tient à Tymion en la ville et ou terroit; lesquels biens, varsons et yretaiges gisent en terres, bois, preits, cens et rentes, deniers, chappons, gélines, avênes, du patronage se part à dite justice, quèle qu'èle soet, et en toutes autres choses ainsi come èles sont et y puissent estre. Les quèles choses toutes ensi comme sont nommez et avec ce plus encor en fies la endroit de no fiable Gérart, chevalier et seigneur de Marbais; lesqueles biens... meis et autres cil sunt la endroit Gérart devant dis de Marbais retient de nos souveraineté en fies et en est nos home. Nos volons que tout sachent que nous ottroions bonnement à seigneur de Marbais devant dit qu'il soeffre à Alart deseur nommet ce fies à rendre tout entirement, ensi qu'il est tenus de nos sourainement, à l'abbeit et convent de Floreffe; et metterons le abbeit et le convent al enseignement de ses hommes de fies et les face estre censaux; et laist l'abbeit et le convent devant dit reprendre tous ses biens de luy par telz cens qu'il lour plairat; et nos quittons Gérard de Marbais devant dit de son homage, en tant tant comme de ceste tenure et de cest acquest, et gréons toutes ces choses, ensi comme èles sont desore nommées et devisées. Et en tesmoingnage de ces choses, tout ensi comme deseur sont nommées, et des articles, comme sont deseur dittes

[1]) Ce document est intitulé : *Johannes, dux Lotharingiae, consentit venditioni feudi de Thyméon.*

et devisées, nos avons à la prière Alart sovent nomet à ces lettres pendu notre sajal pour tout confirmer comme nous avons deseur dict, u fait confirmer.

Ce fu fait et donnet l'an del Incarnation Nostre Seigneur mil deux cens soixante quatorse, le jeudy devant le trèsieme jour de Noël[1].

XVIII.

Alard, seigneur de Rèves, vend à l'abbaye de Floreffe tous les biens qu'il possède à Thiméon[2].

5 septembre 1276.

Nous Alars, chevalier et sires de Roeve, faisons sçavoir à tous ceas qui ces présens lettres verront et oront, que nous avons vendut all'église Notre Dame de Floreffe tout ce que nous aviens et teniens à Thymion et ou terroit, en fief et en gretaige, à champ et à ville, de mon seingneur Gérart, chevalier et seingneur de Marbais et de Gochilies, en terres, bois, preis, cens, rentes, seigneurie, justices, droitures, maniements, usaiges, et en toutes autres choses, teiles ke nous les aviens et ensi comme elles furent nostres, jestre puellent et pourent; lesqueiles choses ilh tenoit sourainement dou noble prince, par la grâce de Dieu, duc de Lotharingie et de Brabant, pour la raison dou fies de Gochilie dont ilh dépend; lequeil ilh Gérart tient dou duc devant nommeit. Sur ce vendaige avons nous fait par lettres le los et le congiet nous signours le duc et Gérart deseur dis; liqueil ont ottroict ce vendaige, et ont souffiert à nostre prière ke ci fies soit destruis, et en soit faite tenure, censons et voulons c'on sache ke nous parmy ce vendaige reportons ce fies de Thimion deseur nommeit en la

[1]) *Le trèsieme jour de Noël,* c'est-à-dire l'Epiphanie.

[2]) Ce document est intitulé : *Alars, seigneur de Roeve, vend son bien de Thyméon à l'église de Floreffe.*

main mon seingneur Gérart sovent dit pardevant ces hommes, à ouies la glise de Floreffe deseur escriete; liqueile glise at asseis fait pleinement à nous et à nostre mandement de tout ce qu'elle nous duit par la raison de ces biens ensi vendus, et bien nous en tenons à pajés, et l'en quittons du tout, et promettons en soit que nous, ne par nous ne par autruy, ne venrons encontre ce vendaige, pourmais ne rien réclamons à ces biens deseur dis, et renonchons expressément à ce que nous par aventure porriens dire ke nous ne fuissiens pajet dou pris de ces biens, ne tenir en paement, ne nous fuissent conteit ne donneit, et à tous drois et autres raisons et okisons, quj nous porroent aidier, et greveir l'église deseur ditte. Se nous voliens de rien alleir par nous ou par autruy encontre ces choses deseur dittes ou aukunes d'elles. Et por ce que ce soit ferme et estauble, nous avons fait mettre à ces présens lettres notre sajal avec le sajal monseigneur Gérart deseurdit, à cuj nous assignames le paement à faire pour nous de par l'église deseur ditte; de ce en quoy elle li glise estoit ou devoit iestre obligié envers nous pour le pris des biens vendus devant nommeis. Et nous Gérart devant dis, à la prière Alart nostre cousin souvent nommeit, avons mis à ces présens lettres notre sajal avec le sien, en tesmoingnaige de toutes ces choses deseur escrietes.

Ces lettres furent données en l'an del Incarnation Nostre Seigneur mil cc septante six, le semmedy apres la fieste saint Gille, aoust eissant.

XIX.

Gérard, seigneur de Marbais consent à la même vente[1].

6 septembre 1276.

Nous GÉRARS, chevaliers, sires de Marbais et de Gochillies, faisons sçavoir à tous ceas ki ces présens lettres verront et

[1]) Ce document est intitulé : *Gérard de Marbais consent à la dite vendition*.

oront, que nous par le loos et le congiet dou noble prince par le grasce de Dieu duc de Lotharingie et de Brebant, avons donnet congiet et pooir à noble homme Alart, chevalier et seigneur de Roeve, nostre cousin, de vendre à la glise de Floreffe, del ordene de Prémonstreit, tout le fief lequeil ilh tenoit de nous à Thymion et ou terroit quj descendoit dou fief de Gochillies, le queil nous tenons dou duc deseur nomeit. Li queils fies de Thymion est contenu en terres, bos, preis, cens, rentes, justices, seigneurie et autres choses. Et voulons c'on sache ke Alars pardevant nous et devant ses peirs nous hommes de fies, par lesqueils on doit et devoit de ce ouvreir, à sçavoir est : seigneur Jehan de Peligz et Frankon de Chasteau, chevaliers, Huwart delle Houssière, chevalier du Bos, Baddet de Baling, Alart Hebarche, Entourrad de Rosiers, Godissaro Vitailhec, Godin Ansial de Niel, Jehan de Pellemberghe, Ernoult de Parchons et Bawart, mo reportat en main ce fief de chacun à oives l'église deseur ditte, et par l'enseignement de nous hommes devant dis s'en depostua dou tout, et bien cognuausiment. Adonc pardevant nous et ces mesmes hommes, Watiers frères à devantdit Alart, ke ilh Watiers n'avoit rien à ce fief, et se rien i avoit, ilh le quitta ligement sans mais reclamer à oives le deseur ditte glise ; et li homme deseur nommeit à no requeste reportèrent et disent par jugement ke ilh Alars a ce fief quj siens avoit quitteit, i avoit mais riens, ne Watiers se frères devant dis, et ke bien le poiens rendre à la glise devant ditte par cens yretablement, et le fief destruire. Et volons encor c'on sache ke nous parmy ces choses et ces fais deseur dis, lesqueils fais et chos nous fesimes pour mon seigneur Jehan de Peligz, chevalier, Huwart delle Houssière et Bawet, nous hommes de fief devant dis, qui ces ont et veut avoient ci ke homme de fief avec les autres recordeir en plaine court à Gocillies pardevant Oston nostre mayeur, Jehan Froignoulle, Oston Mahiu de Froimont, Henrj de Pulaine, Baduin de le Bullaigne, Jehan Banet, et Godefroit

Lanrine, nous eschevins de Gochillies, et en présence Jehan le Fievert, Thirj dou Mont et Ostelet, nous hommes de fief reportons la meismes après ce record en plaine court ce fief que nous avons en nostre main, ci comme deseur est dit, en la main nostre maour deseur nommeit à oives la glise deseur escritte, et en feimes tenure comme censaus, et tout par l'enseignement et jugement de ceas, quj ce pooent et devoient enseigner et jugier ; liqueis maires pardevant nous, nous hommes deseur dis, et avec plusieurs quj là furent, de nostre plaine volenteis, par l'ensignement de nous eschevins deseur dis, quj là astoent, rendi ce fief destruit par nous, si ke bien le poiens destruire, par l'ensignement et le jugement de nous hommes devant dit à la glise de Floreffe deseur nomet, à tenir lige yretablement parmy deux sols Lovignois de cens, à payer en notre court de Gochillies, ceskun an à jamais de par l'église devant nommée, douze deniers Lovignois à la saint Remy, et autant à la fieste saint Jehan Baptiste, en manière ke se li cens tant nommeis n'estoit payés ceskun an à droit jour, la glise deseur ditte ne seroit, ne pouroit iestre à loy jugié, ne amendé, ne pajeroit ; mais nous porriens pour la défaute dou cens panneir sour la terre delle tenure deseur ditte de tant seulement que li cens défallis monteroit. Delle queille tenure li maires deseur dis donna don et vesture al abbeit de Floreffe, à oives de luy et de sa glise, par l'enseingnement et les jugement des eschevins deseur nommeis, et l'on fist tout ce que faire l'en duit, si ke bien fu ens mis li abbés par loy pour luy et pour sa glise deseur escritte.

Et pour ce que ce soit ferme et bien tenu, nous avons fait prendre nostre sajal à ces présens lettres ; lesqueiles furent données en l'an del Incarnation Nostre Seigneur mil deus cens et settante six, le diemmenche devant la nativiteit Notre Dame.

XX.

Gérard, seigneur de Marbais, déclare avoir reçu le prix de vente du fief de Thiméon[1].

7 septembre 1276.

Nous Gérars, chevaliers et sires de Marbay, faisons sçavoir à tous ceas ki ces présens lettres verront et oront, que nous avons rechu en monnoye contée del abbeit de Floreffe, pour luy et pour sa glise, cinc cens livres de Tornoiz, deux sols de Tornoiz, mains desqueilz ilh li abbés pour sa glise astoit obligiés envers nous pour notre cousin Alart, chevalier et seigneur de Roeve ; cui la glise devant ditte les devoit pour le pris dou fief de Thimion qu'il a vendu à la glise souvent nommée ; lequeil fief il tenoit de nous. Et de ces cinc cens livres de Tornoiz devant dis, mains deux solz no tenons nous à payés bien et loyalment, et en quittons le glise deseur ditte; lequeile glise no devons xxxij mais de spiata pour pain ke notre mainse at pris à four de Floreffe par notre commandement. Et nous, en tesmoignage de ce payement de ces deniers et de celle spiatte que no devons trente deus mais, ensi con dist est, à muis de Namur, avons donneit à la glise de Floreffe devant ditte ces présens lettres sajelées de notre sajal.

Lesqueilles furent données en l'an del Incarnation Notre Seigneur, mil deux cens settante six, le vigile del nativiteit Notre Dame.

[1]) Ce document est intitulé : *Quittance du prix de la vendition.*

XXI.

La dîme de la ferme de Pomervie est déclarée appartenir à l'église de Thimeon[1].

1278.

Nos Johannes, investitus de Castelinial, arbiter electus ab investitis de Librecht et de Thymion, super controversia inter eos habita occasione minute decime curtis dele Pomeroie, testibus receptis et diligenter examinatis, communicato jurisperitorum consilio, arbitrando pronuntiamus investitum de Thymion esse in possessione minute decime curtis predicte, et esse parochianum in dicta curte commorantium. Hoc pronuntiamus tempore Johannis et Ywanj, nunc dictarum investitorum ecclesiarum; nec intendimus alicuj prejudicare ratione arbitrij memorati, ratione expensarum in lite factarum, investito de Thimion reservatarum.

Datum anno Dominj m° cc° lxxviij, sabbato post *Vigilate*.

XXII.

Hugues, chanoine régulier de Floreffe, est admis à la cure de Thiméon[2].

18 et 30 avril 1291.

In nomine Domini, Amen. Universis presentes litteras inspecturis Guido de Hannonia, Dei gratia Leodiensis archidiaconus, salutem in Domino cum notitia veritatis. Noveritis universi et singuli, quod, cum frater Hugo, canonicus ecclesie Floreffiensis, Premonstratensis ordinis, a viro religioso abbate ipsius ecclesie Floreffiensis ad ecclesiam de Thimion,

[1]) Ce documnent est intitulé : *Sententia arbitralis quod decima de Pomeroie sit pastoris de Thyméon.*

[2]) Ce document est intitulé : *Sententia super patronatum ecclesiae de Tymeon*.

nostri archidiaconatus, vacantem ex libera resignatione dominj Johannis, quondam ipsius ecclesie rectoris seu investiti, Alexander vero dictus Sandrars, clericus, ad eandem ecclesiam a viro religioso abbate Liessensi, ordinis sancti Benedicti, nobis archidiacono predicto fuissent presentati; super quibus presentationibus inter ipsas partes causa verteretur coram nobis, eedem partes mutuas petitiones ediderunt coram nobis in modum, qui sequitur : Archidiaconus dicit : Frater Hugo, canonicus monasterij Floreffiensis, Premonstratensis ordinis, Leodiensis diocesis, contra Alexandrum clericum, quod ad ecclesiam de Thymion, Leodiensis diocesis, et virtute archidiaconatus, cujus rectorem admittere et instituere ad vos, domine archidiacone, pertinet et pertinuit de consuetudine antiqua et approbata, nunc vacantem per liberam resignationem dominj Johannis, quondam dicte ecclesie rectoris, a religioso viro domino abbate monasterij Floreffiensis predicti, patrono dicte ecclesie, et qui est in possessione vel quasi nomine dicti monasterij Floreffiensis presentandi ad eandem ecclesiam de Thimion, prefatus actor canonice presentatus est; cuj presentationj jdem reus se opposuit et opponit, et impedimentum perstitit et perstat, quominus idem actor ad dictam ecclesiam admittatur et rector instituatur in eadem, licet idem reus jus non habeat hoc faciens. Quare petit idem actor per vos, domine judex, pronuntiarj et declararj ipsum actorem ad dictam ecclesiam de Thymion admittendum et rectorem instituendum, et predictum reum ad hoc condempnetis et compellatis, ut a predictis impedimento et oppositione desistat, perpetuum silentium eidem super dicta ecclesia imponendo et in expensis litis presentis factis et faciendis. Petit jdem actor dictum reum supercondempnarj et ad solutionem earumdem compellj. In quibus omnibus jdem actor officium vestrum implorat, in quantum justum est; et hec dicit et petit idem actor rationibus et ex causis antedictis, salvo semper jure addendi, minuendi, corrigendi, etc., et protestans super valorem de premissis que probabit.

Item archidiaconus dicit in jure coram vobis : Alexander clericus contra fratrem Hugonem, canonicum Floreffiensem, quod licet ipse actor ad ecclesiam de Thymeon vacantem et liberam, cuius institutio de consuetudine ad vos pertinere dignoscitur, vobis canonice sit presentatus a viro religioso abbate Lissiensis monasterij, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis, vero patrono dicte ecclesie, seu qui est in possessione vel quasi, vel qui jus habet presentandi ista vice ad eandem, dictus tamen reus dicte presentationj vicinus juste se opposuit, et impedimentum perstat ipsi actori contendendo contra ipsum super dicta ecclesia, quominus ipse actor ad dictam ecclesiam admittatur et rector instituatur in eadem. Quare petit a vobis, domine archidiacone, jdem actor, cum vobis constiterit de premissis, vel de hijs, que ad hoc super sufficient, per vestram sententiam diffinitivam pronuntiarj dictam presentationem canonicam esse, et ipsum actorem admittendum esse rectorem ad ipsam, et in eadem instituendum, ipsumque reum per eandem sententiam condempnarj et compellj, ut a premissis oppositione et impedimento desistat, et ipsum actorem ad ipsam ecclesiam admitti rectorem, et in eadem instituj permittat, eidemque reo super dicta ecclesia perpetuum silentium imponi, et quod ipsum actorem ad dictam ecclesiam admittat, et rectorem instituat in eadem cum solemnitatibus debitis et consuetis, maxime cum premissa notoria sint in dicta villa de Thimion et locis vicinis, et ipse reus premissa, vel alia ex eis, coram probis viris recognoscit, salvo semper in omnibus jure addendi, minuendi, etc., protestans quod ei valeant, que probabit, de premissis, ac si plura non proposuisset.

Lite igitur super petitione dicti fratris Hugonis legittime contestata, juratoque ab eodem de calumnia et de veritate dicenda, ac petito ab eodem in absentia dicti Alexandri se per contumaciam absentantis, citato insuper ipso Alexandro coram nobis ad diem competentem ad respondendum petitionibus

dicti fratris Hugonis jam positis, nec non ad contestandam litem super petitione ipsius Alexandri, ac ad procedendum ulterius in dicta causa, seu dictis causis, prout de jure esset procedendum, cum interminatione debita et consueta, etc., idem Alexander comparens coram reverendo patre nostro Johanne, Dei gratia Leodiensi episcopo, omnj actionj et jurj, si quod habuit vel habiturus erat in dicta ecclesia ex presentatione facta de eodem ab abbate Liessiensi predicto, seu habere potuit vel debuit, sponte et libere renuntiavit ac expresse et resignavit easdem simpliciter et quittavit, prout in littera dicti reverendi patris super hec confecta vidimus contineri, cujus tenor talis est :

Universis presentes literas inspecturis, Johannes, Dei gratia Leodiensis episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra propter hoc presentia personaliter constitutus Alexander dictus de Mauraufait, clericus nostre diocesis, cum actioni et juri, si quod habuit, habet vel habiturus est in ecclesia parochiali de Thymion, dicte nostre diocesis, ex presentatione facta de eodem ab abbate Liessiensis monasterij, ordinis sancti Benedicti, seu habere potuit vel debuit, ac appellationi facte ab eodem super hoc, sponte libere renuntiavit et expresse, et resignavit eadem simpliciter et quittavit suppoitans(?) et deliberans omnia acta, litteras, instrumenta, et munimenta sua habita super hoc, inter ipsum clericum, ex una parte, et religiosum virum Hugonem dictum de Refayt, canonicum Floreffiensem, ordinis Premonstratensis, dicte nostre diocesis, presentatum ad eandem ecclesiam de Thymion ab abbate Floreffiensi, ex altera, in manus abbatis eiusdem. Actum in monasterio Floreffiensi, presentibus religiosis viris dominis domino abbate Novi Monasterij juxta Hoyum, et Nicholao dicto de Dynantho, canonico Oigniensi, capellanis; G., custode Fossensi, et magistro G. de Ferluy, canonicis ecclesie sancti Pauli Leodiensis, fidelibus clericis; et domino P., investito ecclesie de Wibrein, capellano, nostris et aliis

quampluribus, die mercurii post Ramos palmarum. In cujus rei testimonium, ad supplicationem dicti Alexandri clerici, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Dominj m° cc° nongentesimo primo, die mercurij predicta.

Quam quidem litteram dictus frater Hugo coram nobis exhibuit; qua exhibita, nos ex habundanti citari fecimus in facie ecclesie de Thymion ipsum Alexandrum, clericum, contra ipsum fratrem Hugonem ad crastinum dominice *Quasi modo* coram nobis ad procedendum in dicta causa seu causis, visurum etiam probationes dicti fratris Hugonis, concludendum in causa seu causis antedictis, nec non ad audiendum sententiam nostram diffinitivam in premissis. Insuper citarj fecimus ad eandem diem omnes, quj sua super premissis dicerent vel crederent interesse, ut dicta die coram nobis comparerent, contra ipsum fratrem Hugonem acturi de jure suo; et super premissis jurisperitorum, et ipsi fratri Hugoni super his et aliis objiciendis... cum intimatione debita et consueta quod, sive compareret quis contra ipsum fratrem Hugonem sive non, dicta die nichilominus in premissis et ad admissionem dicti fratris Hugonis ad dictam ecclesiam procederemus, prout de jure esset procedendum.

Qua die, dicto fratre Hugone personaliter coram nobis comparente, et, quantum debuit, expectante, et nemine contra eundem, idem frater Hugo litteram, que sic incipit : *In nomine Domini, amen*[1], in modum probationis exhibuit; qua exhibita, conclusaque postmodum ab eodem Hugone, quantum in se erat, in causa seu causis predictis, et ulterius sententiam diffinitivam a nobis cum instantia fieri ipso Hugone postulante, omnibusque rite actis, nos, absentia dicti Alexandri seu cujuscumque non obstante, secundum ea, que vidimus, audivimus et intelleximus, de jurisperitorum consilio pronuntiamus dictum fratrem Hugonem ad ipsam ecclesiam de

[1]) Voyez le texte de ce document ci-dessus, p. 276, n. xv.

Thymion esse admittendum et rectorem instituendum, et eundem admittimus ad eandem, ipsumque Alexandrum reum ad hoc condemnamus, ut ab oppositione et impedimento, de quibus fit mentio in petitione dicti fratris Hugonis, desistat, dicto reo per eandem sententiam super dicta ecclesia perpetuum silentium imponendo, reum actori in expensis legittimis condempnando, earum taxatione nobis reservata. In cujus rei testimonium sigillum curie nostre presentibus litteris duximus apponendum.

Datum in crastino dominice *Quasi modo*, anno Dominj m° cc° nonagesimo j°.

XXIII.

Lettre du bailli de Namur concernant les droits de l'abbaye de Floreffe à Thiméon, Obaix et Dampremy[1].

13 mars 1298 (nouveau style).

Henris dele Crois, balhius dele terre de Namur, aux mayeur et as eskevins de Thyméon, Obais et de Danremi, salut et bonne amour. Nous vous commandons et voulons ke vous de Thymion useis de par la justice l'abbeit de Floreffe, de plaintes, de dettes, de meules et de chatheis, faut avoir de cerkemonnages à chemins et à warissas, de bans faire, aus biens à champs et à vilie, et d'autres choses ke vous aveis useit d'arrier paisiulement de par ledit abbeit. Et vous de Obbais et de Danremj useis assi de par l'abbeit de toutes ces choses, fors ke de cerkemonneir au chemins et à warissas. Et tout chou est dou commant mon saingneur et me damme de Flandre, et par l'enqueste ke mes sires Crestiens dis Letins, chevaliers, at faite sour chou. Et mandons que de or en avant on en molestet de riens l'église de Floreffe. En tesmon-

[1]) Ce document est intitulé : *Lettre du bailli de Namur sur les droitures de Tyméon*.

gnaige des quèles choses nous avons sajelées ces présentes lettres de nostre sajal.

Données l'an de grasce m. cc. quattre vins et dis sept, le juedi devant le feste sainte Gertrude en march.

XXIV.

Le droit de patronage sur l'église de Thiméon est déclaré appartenir entièrement à l'abbaye de Floreffe[1].

7 décembre 1329.

In nomine Domini, Amen. Universis presentes litteras inspecturis magister NICHOLAUS DE WANELHEIES, advocatus in curia Leodiensi, officialis in hac parte venerabilis viri dominj Matthei de Longis, Leodiensis archidiaconj, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod, cum, vacante nuper ecclesia parrochialj de Tymion, archidiaconatus dicti archidiaconj, per mortem seu liberam resignationem fratris Godefridi de Nivella, tunc ipsius ecclesie rectoris ultimj, religiosus vir dominus Osto, Dei patientia abbas monasterij Lissiensis, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis, asserens se patronum et collatorem dicte ecclesie de Tymion, saltem pro tribus partibus, seu jus patronatus ipsius ecclesie et conferendi eandem pro tribus partibus ad se pertinuisse et pertinere, Werricum de Aybes, clericum, ad ipsam ecclesiam nobis seu dicto domino archidiacono, ad quem admissio ad dictam ecclesiam et rectoris institutio in eadem pertinere dinoscitur, litteratorie presentasset; ac religiosus vir Godefridus, abbas ecclesie Floreffiensis, Leodiensis diocesis, Premonstratensis ordinis, asserens se solum et in solidum patronum et collatorem dicte ecclesie de Tymion, ad eandem ecclesiam fratrem

[1] Ce document est intitulé : *Sententia super collatione ecclesiae de Thyméon.*

Franconem de Lovanio, dicte Floreffiensis ecclesie canonicum, nobis seu dicto domino archidiacono etiam litteratorie presentasset, dicte partes, videlicet dicti abbas Lissiensis et Werricus de Aybes ex parte una, et dictus frater Franco ex altera, volentes super oppositionum suarum causis ulterius procedere, coram nobis seu coram dicto domino archidiacono mutuas petitiones hinc inde ediderunt, videlicet :

Dicti abbas Lissiensis et Werricus de Aybes contra ipsum fratrem Franconem in hunc modum archidiacono dicunt : Dominus Osto, Dei patientia abbas monasterij Lissiensis, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis, nec non Werricus de Aybes, clericus diocesis Leodiensis, presentatus vobis nuper per predictum abbatem ad ecclesiam parochialem de Thymion, vestri archidiaconatus, cujus rectoris institutio et destitutio ad vos, domine archidiacone, de notoria, antiqua et legitime prescripta consuetudine ratione vestri archidiaconatus pertinent, et ad vestros predecessores pertinuerunt ab antiquo, contra fratrem Franconem, canonicum, ut dicitur, regularem ecclesie Floreffiensis, Premonstratensis ordinis, Leodiensis diocesis, etc., contra quamlibet personam pro eodem in hac parte intervenientem, quod, licet dictus Werricus ad predictam ecclesiam parochialem de Tymion, nunc vacantem per mortem seu liberam resignationem fratris Godefridi de Nivella, dicte ecclesie de Thymion quondam investiti et ultimj rectoris, a predicto domino abbate dicti monasterij Lissiensis, patrono vero dicte ecclesie de Thymion, et quj abbas est et fuit in possessione juris vel quasi nomine dicti suj monasterij, et fuerunt suj predecessores abbates monasterij ejusdem, presentandi ad eandem ecclesiam de Tymion quattuor vicibus, tribus videlicet continue, vobis et vestris predecessoribus personam idoneam, vobis domino archidiacono in scriptis sit legittime infra debitum tempus presentatus, nihilominus tamen predictus reus predicte presentationi de dicto Werrico, ex parte dicti abbatis Lissiensis facte, impedimentum prestitit et prestat

injuste, quominus idem Werricus actor ad dictam ecclesiam parochialem admittatur et per vos in eadem instituatur, quamvis idem reus jus non habeat hoc faciendi. Quare petunt a vobis, domine archidiacone, dicti actores, omnibus forma et modo, quibus melius possunt et debent, officium vestrum, in quantum opus fuerit, implorando, cum vobis constet de premissis, vel de his, que ad hoc sufficient, per vos, dineconre, np hidiacoomoruntiaarj et declararj ipsum Werricum act rem ex presentatione dicti dominj abbatis Lissiensis ad dictam ecclesiam de Tymion esse per vos admittendum et rectorem in eadem instituendum; quodque ad illam eundem admittetis et rectorem instituatis in eadem, oppositione dicti rei non obstante, eidemque reo silentium perpetuum imponatis super eadem, ac ipsum in expensis legittimis litis presentis factis et faciendis condempnetis, ultraque statuatis ac decernatis, quod justum fuerit, causis et rationibus antedictis, maxime cum dictus reus premissa, super quibus est vox et fama communis, vel eorum aliqua, coram probis recognoverit competenter esse. Dicunt et petunt dicti actores, quorum interest, premissa proponere et dicere, salvo sibi jure addendi et minuendi et cetera, protestantes sibi valere de premissis, que probabunt.

Dictus vero frater Franco contra ipsos abbatem Lissiensem et Werricum edidit in hunc modum : Archidiacono dicit frater Franco, canonicus regularis ecclesie Floreffiensis, Premonstratensis ordinis, Leodiensis diocesis, contra Werricum, filium Egidij de Aybes, clericum, quod ad ecclesiam de Thymion, Leodiensis diocesis et vestri archidiaconatus, rectorem admittere et instituere ad vos, domine archidiacone, pertinet et pertinuit de consuetudine antiqua et probata, nunc vacantem per mortem seu liberam resignationem fratris Godefridi de Nivella, ejusdem ecclesie Floreffiensis canonici, dicte ecclesie de Thymion quondam investiti et rectoris ultimi, a religioso viro domino abbate ecclesie Floreffiensis predicte, patrono

dicte ecclesie, et quj est et fuit in possessione vel quasi nomine dicti monasterij juris presentandi ad eandem ecclesiam de Thymion, quotiens vacavit; prefatus actor canonice presentatus est, cuj presentationj dictus reus se opposuit et opponit, et impedimentum prestitit et prestat, quominus jdem actor ad dictam ecclesiam admittatur et rector instituatur in eadem, licet jdem reus jus non habeat hoc faciendi. Quare petit idem actor, cum vobis de premissis constiterit vel altero premissorum, quod sibi sufficiat, per vos, domine archidiacone, pronuntiari et declarari ipsum actorem fore admittendum ad dictam ecclesiam de Thymion et rectorem instituendum in eadem, quodque ipsum admittatis et instituatis rectorem in eadem, et quod dictum reum condempnetis et compellatis, ut a predictis impedimento et oppositione desistat, et perpetuum silentium eidem super dicta ecclesia imponendo, et in expensis litis factis et faciendis petit idem actor dictum reum sibi condempnari et ad solutionem earumdem compelli. In quibus omnibus idem actor officium vestrum implorat, in quantum justum est, maxime cum super premissis fama laboret, et ipsam attestetur communis opinio hominum dicti loci, et ipse reus premissa coram probis recognoverit esse vera. Et hec dicit et petit dictus actor rationibus et ex causis antedictis, salvo sibi jure addendi, minuendi et cetera, protestans sibi valere de premissis, que probabit.

Lite igitur super ipsis petitionibus hinc inde a partibus coram nobis legittime contestata, jurato ab eis de calumnia et de veritate dicenda, factis propositionibus et responsionibus ad easdem, testibusque ab ipsis partibus hinc inde super dictis suis petitionibus predictis juratis auditis et diligenter examinatis, et eorum depositionibus in scriptis redactis, ante publicationem ipsorum testium ex parte dictorum abbatis Lissiensis et Werricj de Aybes productorum contra partem adversam, idem frater Franco contra partem adversam factum

proposuit in hunc modum : Archidiaconus ante publicationem testium productorum ex parte dictorum abbatis monasterij Lissiensis, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis diocesis, et Werricj, filij Egidij de Aybes, clerici, in causa, que vertitur coram nobis inter ipsos ex una parte, et fratrem Franconem de Lovanio, canonicum regularem monasterij Floreffiensis, Premonstratensis ordinis, ex altera, occasione parochialis ecclesie de Thymion, dicit et proponit frater Franco, quod, si in aliquibus ecclesijs concilij Flerucensis et conciliorum circumvicinorum persone ecclesiastice, que reparant ecclesias, quando indigent et solvunt jura archidiaconalia et episcopalia et decani christianitatis ac matriculariorum ipsarum ecclesiarum, habeantur pro patronis hujusmodi ecclesiarum, in quibus talia faciunt de antiqua consuetudine ipsorum conciliorum, talis consuetudo non est generalis, si unquam consuetudo fuerit, sed est et fuit interrupta in ipsa ecclesia de Tymion et in multis alijs ecclesijs dictorum conciliorum, et maxime majori parte ecclesiarum concilij Flerucensis, in quo sita est ipsa ecclesia de Thymion ; in quibus ecclesiis alij, quj solventes jura predicta et ipsas ecclesias reparantes sunt patronj, sed potius consuetudo fuit generalis, et est notorie approbata et prescripta legitime de contrario ; et si quj sint testes a parte adversa producti contrarium deponentes, illi quantum ad hoc falsi sunt, et falsum tulerunt testimonium ; quibus propositis et alijs a vobis, domine archidiacone, de jure supplendis, petit dictus propon ens per vos sententiam pro se ferrj, partemque adversam sibi in expensis legittimis condempnari, offerens se premissa, que facta sunt, legitime probaturum, et ad probandum se petit admitti, si a parte negentur adversa, protestans sibi valere de premissis. Super quo quidem facto positum fuit et responsum a partibus, et testes a parte ipsius proponentis producti, jurati, auditi et diligenter examinati, ac eorum depositiones in scriptis redacte. Postea autem illis ac depositionibus alijs testium ab ipsis partibus productorum

hinc inde rite publicatis, ac deinde exhibitis actis et munimentis a partibus hinc inde in modum probationis, secundum quod in litteris super hoc confectis fit mentio, et tandem concluso in causa seu causis predictis a partibus ipsis, et die demum eis assignata Hoje coram nobis ad audiendum quid juris, seu nostram sententiam seu sententias diffinitivas super premissis, et eis propter hoc sufficienter comparentibus coram nobis, et jus dici a nobis, seu nostram sententiam seu sententias diffinitivas super premissis ferri cum instantia postulantibus; nos virtute commissionis nostre super hoc confecte, cujus tenor talis est : « Mattheus de Longis, archidiaconus Leodiensis, dilecto nobis in Christo magistro Nicholao de Wanelheies, clerico advocato in curia Leodiensi, salutem in Domino. De vestra discretione in Christo confidentes, vos officialem curie nostre constituimus et ordinamus, mandantes vobis, et tenore presentium committimus, quatinus in causis curie nostre, et specialiter in causis motis seu movendis coram nobis inter religiosum virum dominum Ostonem, Dei patientia abbatem monasterij Lissiensis, et Werricum, filium Egidij de Aybes, clericum ex una parte, et fratrem Franconem de Lovanio, canonicum regularem monasterij Floreffiensis ex altera, occasione parrochialis ecelesie de Thymion, nostri archidiaconatus, tanquam officialis curie nostre, justitia mediante, procedatis, quibuscumque alijs commissionibus super hoc factis a nobis non obstantibus. Datum anno Dominj millesimo vicesimo septimo, feria quarta post *Judica*.

Visis, cognitis et consideratis meritis premissorum, sententias nostras diffinitivas in causis predictis tulimus in scriptis, et ferimus in hunc modum : In causa, que coram nobis authoritate ordinaria vertitur inter fratrem Franconem, canonicum regularem ecclesie Floreffiensis, Premonstratensis ordinis, actorem ex una parte, et Wericum, filium Egidij de Aybes, clericum, reum ex altera, occasione parrochialis ecclesie de Tymion, visis et diligenter inspectis dicte cause meritis,

et alijs circumstantiis, que nos movere potuerunt et debuerunt in hac parte, jus dicendo per hanc nostram sententiam diffinitivam pronuntiamus prefatum fratrem Franconem ad dictam ecclesiam de Tymion per nos esse admittendum, et ipsum admittimus ad eandem, dictoque reo super eadem ecclesia silentium perpetuum imponimus, eundem reum in expensis litis, earum taxatione nobis reservata, predicto fratri Franconj condempnantes. Item, in causa que coram nobis auctoritate ordinaria vertitur inter religiosum virum dominum Ostonem, abbatem monasterij Lissiensis, ordinis sancti Benedicti, et Werricum de Aybes, actores ex una parte, et fratrem Franconem, canonicum regularem ecclesie Floreffiensis, Premonstratensis ordinis, reum ex altera, occasione parrochialis ecclesie de Tymion, visis et diligenter inspectis dicte cause meritis, jus dicendo per hanc nostram sententiam diffinitivam pronuntiamus dictum Werricum ad dictam ecclesiam non esse admittendum, nec eum admittimus ad eandem, eundemque reum ab impetitione dictorum actorum absolvimus, eosdem actores ipsi reo in expensis litis, earum taxatione nobis reservata, condempnantes.

A quibus sententiis sic per nos latis, tanquam ab iniquis, ut dicebat Johannes Kaye, predictus procurator dictorum abbatis Lissiensis, et Werrici de Aybes, nomine procuratorio ipsorum, et pro ipsis viva voce apud acta ad officium Leodiense appellavit, et *apostolos*[1] sibi a nobis dari petijt; et nos ob reverentiam dicti dominj officialis, appellationj ipsi deferimus apostolos dimissorios concedendo. In cujus rei testimonium presentes litteras per notarios publicos infra scriptos scribi et signari fecimus, et sigilli curie dicti domini archidiaconj appensione muniri.

Datum Hoij, anno a Nativitate Dominj millesimo trecentesimo vicesimo nono, indictione duodecima, mensis decem-

[1]) *Apostoli*, lettres d'appel.

bris die septima, presentibus ibidem una cum subscriptis notariis domino Gerardo de Sarto, canonico ecclesie sancti Bartholomei Leodiensis, Everardo de Galopia, notario, Nicholao Coon, Werrico de Charneis, procuratoribus in curia Leodiensi, et pluribus aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Ego Michaël Bulhetti, Leodiensis clericus, publicus imperiali auctoritate et curie Leodiensis notarius, prolationi dictarum sententiarum, appellationj et responsionj predictis una cum Waltero Punesier, notario publico, et testibus supra scriptis presens interfuj, hoc publicum instrumentum inde confeci, de mandato dicti dominj archidiaconj predicti, signoque meo solito signavi rogatus.

Et ego Walterus dictus Vunesier, clericus Leodiensis diocesis, publicus imperiali authoritate et curie Leodiensis notarius, proclamationj dictarum sententiarum, appellationj et responsionj predictis una cum Michaële Bulhetti, notario publico, et testibus supradictis presens interfuj; hoc publicum instrumentum inde confeci de mandato dicti officialis dominj seu archidiaconj predicti, signoque meo solito et consueto signavi rogatus.

Répertoire chronologique des conclusions capitulaires du chapitre cathédral de Saint-Lambert, a Liége, par M. S. Bormans, conservateur adjoint des Archives de l'Etat, a Liége[1].

Épiscopat de Ferdinand de Bavière. — (Suite).

1616.

18 *janvier.* Décès de P. a Quercu, chanoine de Saint-Materne.

20 *janvier.* Accord pour la barque marchande de Huy.

27 *janvier.* Plaintes des meuniers de la cité contre les maîtres de houillères qui enlèvent les eaux du Rieu.

3 *février.* Plaintes de l'abbé du Val-Saint-Lambert contre les maîtres de houillères à propos des eaux d'araine.

2 *mars.* Évaluation des monnaies dites des princes de Mantoue et de Sedain.

6 *mars.* Visite des reliques de la cathédrale.

— Lettre de Son Altesse touchant la dignité archidiaconale.

— Procès du chapitre contre le seigneur d'Esneux au sujet des dîmes de cette localité. J. Boxhorn et Morreus le poursuivent à la cour de Bruxelles.

9 *mars.* Touchant les forêts d'Amay.

18 *mars.* J. Damen dépose la chantrerie pour motif de vieillesse.

— H. Roseit donne à la cathédrale deux candélabres d'argent au lieu d'un baldaquin.

23 *mars.* H. Meeuwen est nommé grand chantre.

22 *avril.* Députés du chapitre pour recueillir et rédiger les coutumes du pays de Liége.

[1]) Suite. — Voyez VI, pp. 5, 206 et 361 ; VII, pp. 5, 176 et 385 ; VIII, pp. 21 et 326.

27 *avril.* Math. Loeckmans Stravius élu doyen de Saint-Odulphe, à Looz.

29 *avril.* Les tanneurs se plaignent des pertes qu'ils éprouvent par suite de la grande quantité de monnaie de cuivre qu'ils sont obligés de recevoir.

Hierboven beloven wy by onse vaste trouwe en onse nacomelingen dat wy vast en ongeschonden sullen houden de hiervoor ingescreven des edelen en welgeboren heeren onsen overgrootvaders brieven ende alle hetgheene wat daerinne staet, met alle declaratien ende bekennissen van deselve brieven; nochtans alle andere letteren, brieven en bescheyde blyvende in hunne cracht, uytgenomen de conditien die hier bevorens bescreven syn. Ende voorts houden dieselve van wederseyde ende approbeeren dieselve met consent van de edele vrouwe Margarete onse huysvrouwe vryelyck en onbedwongen; 't selve wy bevestigen; behoudelyck onse gerechtigheyt over alle onse chynsen en renten die wy syn in onse heerlicheyt voorscreven besittende, van welcken in desen onsen bescheyd niet gesprocken en is.

Ende want wy hetgheen voorscreven is, bevestigen en 't selve geloeft hebben op onse vromicheyt vast en gestandich te houden, soo sal de abt, convent ende proest voorscreven schuldig syn en hebben 't selve aen ons en onse nacomelingen beloeft jaerlyckx en voor ellick jaer vyf mudden roggen, maet van Diest, dieselve te ontfangen binnen Beeringen op sint Andries apostel dach. Daerenboven willen, openbaren en bekennen wy voor ons en onse nacomelinghen dat soo verre wy en onse nacomelingen niet en voldeeden in syn geheel off in deel, alsdan en sal de abt, convent off proest geensins verbonden syn tot betaling dier vyf mudden; niettemin en sullen wy nogtans van de andere voerscreven conditien en beloeften niet vry syn.

Ende opdat al hetgheene voorscreven is mach blyven vast ende gestandich, in teeken der waerheyt ende meerder vastigheyt, hebben wy Aert, grave van Loen, aen desen tegenwoordigen brief doen hangen onsen seghel en dien van onse huysvrouw Margareta. Ende wy Margareta, gravinne van Loen, opdat al hetgheene voorscreven is, vast ende in vrede blyve, hebben hieraen onsen seghel doen hangen. Ende wy abt, convent en proest laudeeren en volghen al hetgeen wat er voorscreven is, gelovende op onse trouwe onbreckelyck te onderhouden; tot welck te versteıcken, verseckeren en onderhouden, hebben wy onsen segel hier doen aen hangen.

Gegheven in het jaer des geboerten ons Heeren duysent drie hondert en dry, in de maend van october.

III.

Charte de 1377 *touchant Beeringen.*

4 janvier 1377.

Universis presentium litterarum inspectoribus et specialiter, quos infrascripta tangere poterunt, Zacheus, Dei patientia et Sedis Apostolice gratia abbas monasterii sancti Trudonis, salutem et rei subscripte notitiam veritatis. Noveritis quod, cum noviter fodi fecerimus quoddam fossatum pro ductu et celeriori aquarum defluxu per nostras hereditates, a molendino nostro situato in villa de Beringhen pertransiens viam publicam ibidem, praesertim *in jurisdictione seu districtu carissimorum nobis in Christo venerabilium et preeminentis discretionis dominorum decani et capituli ecclesie Leodiensi, dominorum temporalium dicte ville*, de prescientia tamen et favorabili consensu eorumdem; hinc est, quod nos, pro nobis et nostris successoribus, ne de hoc querimonia qualiscumque oriatur, promisimus et per presentes promittimus hujusmodi fossatum in dicta via et pontem superpositum nostris propriis et absque dictorum dominorum vel incolarum dicte ville sumptibus aut subsidio, quoties necesse fuerit, reficere et pro communi ac

nostro transitu perpetualiter conservare, testimonio presentium litterarum sub nostro sigillo concessarum. Anno a Nativitate Domini millesimo ccc^{mo} LXX septimo, mensis januarii die quarta.

IV.

Procès verbal de la visite archidiaconale du 19 *mai* 1699.

Eadem die visitata est ecclesia Beringensis, quae est ecclesia integra. Rector dominus Adrianus Driesens. Collator dominus temporalis loci, qui et ibidem habet decimas majores; pastor vero habet minores et decimas in Heusden, aestimatas pro tertia parte decimarum de Beringen. Communicantes sunt mille trecenti praeter propter.

Omnis generis ornamenta et libri requisiti; remonstrantia argentea; ciborium argenteum deauratum intus et foris; quatuor calices argentei; pixides oleorum sacrorum argenteae; thuribulum argenteum; ampullae cum platena duae argenteae quarum una intus est deaurata; candelabra duo argentea; lampas eneus semper ardens; fons bene reclusus et mundus.

In eadem ecclesia sunt octo beneficia, quorum duo, nempe S. Spiritus et B.Mariae unita sunt fabricae annis 1628 et 1608.

Tertium est sanctae Catharinae cum duabus missis hebdomadalibus. Rector est Johannes Beckers; collator pastor loci.

Quartum est S. Johannis Evangelistae, cujus rector est Tossanus de Hasque; deservitur per Johannem Noteleers, vicarium loci. Collator pastor loci. Singulis quindenis tenetur ad missam.

Quintum est sancti Nicolai, cujus rector est Paulus Jans, sacellanus sanctae Catharinae Trajecti. Collator pastor loci. Tenetur ad missam quindenalem.

Sextum est Barbarae et Luciae, de quo informatio capienda, quandoquidem dominus pastor dicat se de eodem beneficio, ex quo noviter sit factus pastor, nihil particulare scire.

Septimum est sancti Sebastiani; cujus reditus et documenta dicuntur deperdita. Rector ejusdem est N. Vranken; collator pastor loci.

État déplorable du diocèse d'Anvers au commencement du XVIIe siècle.

Rapport adressé au Souverain Pontife Paul V par Jean Le Mire, évêque d'Anvers, sur l'état de son diocèse en 1607.

Dans le tome I des *Analectes*, pp. 98-122, nous avons publié le rapport que Malderus, évêque d'Anvers, adressa à Paul V, sur l'état du diocèse en 1615. Le rapport de Malderus était très intéressant, mais celui que nous publions aujourd'hui présente un intérêt bien plus grand encore. La première partie de ce document nous fait connaître, en détail, le déplorable état du diocèse au moment où Jean Le Mire prit possession du siége épiscopal[1], les soins et les efforts du pieux

[1]) Mgr De Ram donne, dans le tome III (pp. XXXI et suiv.) du *Synodicon Belgicum*, une excellente notice sur la vie et les travaux de Jean Le Mire, qui fut nommé évêque d'Anvers par les Archiducs le 26 juillet 1603. « Miraeus, dit-il, oblatam nominationem modis omnibus subterfugere conatus » est. Instabant Archiduces, urgebat archiepiscopus Mechliniensis, monebat atque hortobatur nuntius apostolicus Octavius Frangipani, episcopus » Tricaricensis : attamen Miraeus in deliberando de re, quam sibi gravissimam esse ducebat, biennium fere totum protraxit ». Comme entre la nomination faite par les Archiducs, ou plutôt la présentation au Pape de Jean Le Mire par les Archiducs le 26 juillet 1603, la nomination par le Pape le 18 mars 1604, et la consécration épiscopale reçue le 30 mai 1604, il n'y a pas même une année, nous croyons devoir expliquer le fait allégué par Mgr De Ram, en faisant observer que la nomination de Jean Le Mire était connue avant l'acte de présentation au Pape. En voici la preuve : « Deputati sunt a pluralitate votorum reverendus dominus decanus et dominus » archidiaconus, ut sumptibus capituli Bruxellam proficiscantur, et ibidem » ex parte capituli gratulentur reverendissimo domino denominato Antverpiensi. » *Actes du chapitre d'Anvers*, du 30 août 1602.

évêque pour pourvoir aux besoins spirituels de ses ouailles, et la dure nécessité qui l'obligeait à tolérer les excès de quelques ecclésiastiques afin d'empêcher qu'une partie de ses diocésains, privée de tout secours spirituel, ne fût pervertie par les ministres calvinistes. Nous y trouvons l'origine du séminaire d'Anvers et le bien qu'ont produit, dès les premières années de leur existence, ce séminaire et une école préparatoire aux études théologiques érigée par lui.

La deuxième partie contient une description détaillée des établissements religieux du diocèse.

Dans ce rapport, Le Mire rend hommage au zèle de quelques ordres religieux qui ont contribué largement à améliorer l'état du diocèse, et il dépeint la mauvaise foi, les tracasseries, les persécutions de tout genre, et snrtout l'incroyable intolérance des gueux et des calvinistes hollandais.

Quiconque lira ce précieux document rendra hommage au zèle infatigable du saint évêque, et regrettera que la mort l'ait enlevé si prématurément à son troupeau (janvier 1611). Personne ne s'étonnera de ce que ce rapport mérita les éloges du cardinal Bellarmin, qui chargea son ancien secrétaire, Denis Stoffels, de féliciter en son nom l'évêque d'Anvers.

C.-B. D. R.

Beatissime Pater,

Annus quartus agitur, quod felicis recordationis Clemens octavus, Sanctitatis Vestrae praedecessor, elegit ad onus episcopale ecclesiae cathedralis Antverpiensis Joannem Miraeum, qui toto eo tempore omnem adhibuit diligentiam, ut vultum

ÉTAT DÉPLORABLE DU DIOCÈSE D'ANVERS AU COMMENCEMENT DU XVIIe SIÈCLE.

RAPPORT ADRESSÉ AU SOUVERAIN PONTIFE LÉON XI PAR JEAN LE MIRE, ÉVÊQUE D'ANVERS, SUR L'ÉTAT DE SON DIOCÈSE EN 1607.

Dans le tome I des *Analectes*, pp. 98-122, nous avons publié le rapport que Malderus, évêque d'Anvers, adressa à Paul V, sur l'état du diocèse en 1615. Le rapport de Malderus était très intéressant, mais celui que nous publions aujourd'hui présente un intérêt bien plus grand encore. La première partie de ce document nous fait connaître, en détail, le déplorable état du diocèse au moment où Jean Le Mire prit possession du siége épiscopal[1], les soins et les efforts du pieux

[1]) Mgr De Ram donne, dans le tome III (pp. XXXI et suiv.) du *Synodicon Belgicum*, une excellente notice sur la vie et les travaux de Jean Le Mire, qui fut nommé évêque d'Anvers par les Archiducs le 26 juillet 1603. « Miraeus, dit-il, oblatam nominationem modis omnibus subterfugere conatus » est. Instabant Archiduces, urgebat archiepiscopus Mechliniensis, mone» bat atque hortabatur nuntius apostolicus Octavius Frangipani, episcopus » Tricaricensis : attamen Miraeus in deliberando de re, quam sibi gravis» simam esse ducebat, biennium fere totum protraxit ». Comme entre la nomination faite par les Archiducs, ou plutôt la présentation au Pape de Jean Le Mire par les Archiducs le 26 juillet 1603, la nomination par le Pape le 18 mars 1604 et la consécration épiscopale reçue le 30 mai 1604, il n'y a pas même une année, nous croyons devoir expliquer le fait allégué par Mgr De Ram, en faisant observer que la nomination de Jean Le Mire était connue avant l'acte de présentation au Pape. En voici la preuve : « Deputati sunt a pluralitate votorum reverendus dominus decanus et dominus » archidiaconus, ut sumptibus capituli Bruxellam proficiscantur, et ibidem » ex parte capituli gratulentur reverendissimo domino denominato Antver» piensi. » *Actes du chapitre d'Anvers, du* 30 *août* 1602.

évêque pour pourvoir aux besoins spirituels de ses ouailles, et la dure nécessité qui l'obligeait à tolérer les excès de quelques ecclésiastiques afin d'empêcher qu'une partie de ses diocésains, privée de tout secours spirituel, ne fût pervertie par les ministres calvinistes. Nous y trouvons l'origine du séminaire d'Anvers et le bien qu'ont produit, dès les premières années de leur existence, ce séminaire et une école préparatoire aux études théologiques, érigée par lui.

La deuxième partie contient une description détaillée des établissements religieux du diocèse.

Dans ce rapport, Le Mire rend hommage au zèle de quelques ordres religieux qui ont contribué largement à améliorer l'état du diocèse, et il dépeint la mauvaise foi, les tracasseries, les persécutions de tout genre, et surtout l'incroyable intolérance des gueux et des calvinistes hollandais.

Quiconque lira ce précieux document rendra hommage au zèle infatigable du saint évêque, et regrettera que la mort l'ait enlevé si prématurément à son troupeau (janvier 1611). Personne ne s'étonnera de ce que ce rapport mérita les éloges du cardinal Bellarmin, qui chargea son ancien secrétaire, Denis Stoffels, de féliciter en son nom l'évêque d'Anvers.

C.-B. D. R.

Beatissime Pater,

Annus quartus agitur, quod felicis recordationis Clemens octavus, Sanctitatis Vestrae praedecessor, elegit ad onus episcopale ecclesiae cathedralis Antverpiensis Joannem Miraeum, qui toto eo tempore omnem adhibuit diligentiam, ut vultum

agnosceret gregis sibi commissi. De cujus statu postulat tam officii ipsius ratio quam decretum Sixti Quinti, tum etiam juramentum in consecratione ipsius praestitum, ut supremo in terris Christi vicario rationem reddat[1].

Optaverat ipse summopere, ut praesens ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus afflictionem populi sibi commissi exponere posset, sed continua pericula ovibus ipsius ab haereticis et hostibus, quibus circumquaque cingitur, imminentia et instans totius Belgici mutatio ob tractationem pacis, quae inter serenissimos archiduces, Belgii principes, ac ordines hollandicos, hostes ac rebelles, eorumque confoederatos, agitur, non patitur eum a sua diocesi abesse. Obest etiam paupertas profectioni ita longae, adeoque sumptuosae. Cum enim mediam partem dotis episcopalis recipiat hostis, vix ei superest, ut tenuiter vivat. Ut tamen suae obedientiae debitum, quod huic sanctae Sedi Apostolicae (cujus se obsequentissimum filium profitetur et gloriatur) praestare tenetur, persolveret, deputavit suum specialem procuratorem ac nuntium dominum Dionisium Christophori[2], S. T. L., canonicum ac scholasticum Brugensem,

[1]) Voyez, sur les rapports que chàque évêque doit adresser régulièrement au Souverain Pontife, *Analectes,* I, p. 98.

[2]) Denis Christophori (Stoffels), né à Anvers, fit ses études à l'Université de Louvain, où il prit le grade de licencié. Encore étudiant, il avait obtenu un bénéfice simple dans la cathédrale d'Anvers. Il fut nommé ensuite chanoine et pléban de la collégiale de Saint-Pierre, à Turnhout. Il se démit bientôt de cette prébende pour se rendre à Rome, où il devint secrétaire de Bellarmin. Le pape Clément VIII le nomma, en 1602, chanoine de Bruges, et le chapitre le chargea des fonctions d'écolâtre. Il assista, en 1607, au concile provincial de Malines dont il fut secrétaire. En cette qualité, il se rendit une deuxième fois à Rome porteur des décrets du concile et chargé de les faire approuver par le Souverain Pontife ; ce fut lors de ce voyage que l'évêque d'Anvers, Jean Le Mire, lui confia le présent rapport. Revenu de Rome, il remplit successivement les fonctions de président du séminaire et de doyen du chapitre de Bruges. A la nomination de l'évêque Triest au siége épiscopal de Gand, qui eut lieu en 1623, il fut nommé évêque de Bruges, et mourut dans sa ville épiscopale en 1629.

Antverpiae natum et educatum, et ab illo de toto statu episcopatus sui exacte instructum, ut ejus nomine limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli, post Sanctitatis Vestrae pedum oscula beatorum et obedientiam praestitam, visitet, ac rationem statumque dictae diocesis Antverpiensis, ea qua decet reverentia, exponat. Qui procurator ad praefata praestanda praesens constitutus supplicat Sanctitati Vestrae quam humillime nomine praedicti sui episcopi ad visitationem praefatam juxta morem Romanae curiae admitti, praesentemque hunc actum pro primo quadriennio visitationis liminum actis eisdem curiae inseri, ac suum episcopum pro hoc primo quadriennio a dicta visitatione absolutum declarari, sibique desuper instrumentum concedi.

PARS PRIOR.

Antequam ad peculiarem statum cujusque ecclesiae diocesis Antverpiensis procedatur, expediens videtur in genere declarare, quibus potissimum vitiis oves dicto episcopo commissae laborant, quae ad ea curanda remedia sunt adhibita, et quae in posterum authoritate Sedis Apostolicae sunt adhibenda.

I. Primus autem morbus, isque pestilentissimus, est haeresis. Cum enim ante annos 27 tota haec diocesis fuerit sub potestate haereticorum, ita ut annis sex (1579-1585) nullum permitteretur exercitium catholicum religionis, fit ut, licet armis Regis Catholici tam in ipsam civitatem quam alia quaedam oppida ac loca diocesis Antverpiensis fuerit reductum catholicae religionis exercitium, ut multi adhuc veteri fermento aspersi retineant haereses, easque occulte propagent.

Deinde civitas haec vicina est haereticis : ab altera enim parte duobus tantum milliaribus a locis, ubi publicum est haeresis exercitium, distat, omnesque pagi, nullo excepto, illius diocesis ad moenia usque civitatis haereticis sunt tributarii.

Cum etiam ipsa civitas emporium sit celeberrimum, ad

quod undique liber sit accessus mercatorum haeresi infectorum, ex Anglia, Germania, Hollandia, aliisque partibus haereticis venientium, ac liber etiam quodammodo mercatorum Antverpiensium ad illas regiones haereticas quotidianus accessus, evenit, ut, cum calvinistarum ingenia sint inquieta ac numquam supersedeant, quin de haeresi frequentes misceant sermones, incauti iis decipiantur, pravisque dogmatibus inficiantur.

Multi apud haereticos imprimuntur libri, qui aut ex professo de haeresi tractant, aut sub titulo jurisprudentiae, historiarum ac humaniorum litterarum, aut alterius cujuscumque materiae, plurima semper miscent haeretica, blasphema, scandalosa, aut contra jurisdictionem et immunitatem Ecclesiae ac clerum. Quin imo quotidiana experientia discimus pii alicujus libelli aut probati authoris praefigi titulum, reliquam vero libelli partem haeresibus respergi. Hujusmodi libri ex nundinis Francofurdiensibus aut aliunde cum sarcinis in dies Antverpiam, non obstante censorum diligentia, deferuntur, indeque per mercatores in alias regiones distribuuntur. Disseminantur etiam per haereticos, ac variis technis proponuntur venales; neque id prohibitionibus facile impediri potest.

II. Cura animarum in ipsa civitate non satis debite exercetur. Cum enim plebania ipsius cathedralis ecclesiae ac pastoratus fere omnes ipsius civitatis unitae sunt mensae capitulari dictae ecclesiae cathedralis, fit, ut omnes fere pastores totius civitatis sint tantum mercenarii[1], ac vicarii temporales, quos capitulum, excluso episcopo, constituit. Constituit enim capitulum primo plebanum ad nutum suum amovibilem, ac cum eo stipulatur, ut nullis, excepto magistratu, administret

[1]) Le mot *mercenaire* n'avait pas, à cette époque, le sens que l'on y attache de nos jours. On appelait alors prêtres *mercenaires* les vicaires ou ceux qui remplaçaient les titulaires (curés ou chapelains en titre), moyennant une rétribution annuelle. Le décret du concile de Trente qui prescrivit la résidence aux curés donna lieu à la suppression totale des mercenaires.

sacramenta aut pastoralia; ad quae administranda tam in ecclesia sua quam aliis fere omnibus subalternis assumunt mercenarios, qui non accipiunt curam animarum ab episcopo, sed a plebano duntaxat, cui soli cura animarum ab episcopo datur. Cum hisce mercenariis, quanto possunt minimo, de competentia conveniunt, reservatis sibi, non sine laicorum scandalo, omnibus oblationibus ac juribus funeralibus. Episcopum vero, cui proxime incumbit cura animarum, in istis mercenariis constituendis, aut cura animarum iisdem danda, capitulum non vult agnoscere. Unde multa sequuntur inconvenientia :

1° Quod ejusmodi mercenarii legitime non habent curam animarum ;

2° Quod, dum tantum sunt mercenarii ad nutum capituli amovibiles, et debita ipsis non detur competentia, viri docti et praeclari ad ejusmodi pastoratus venire nolunt.

3° Quod, dum capitulares proprii commodi magis sunt studiosi quam publici, non semper quaerunt viros digniores, sed tales, quibuscum minimo convenire possunt.

4° Dum capitulum sibi usurpat ea, quae pastoribus debentur, coguntur pastores vivere ex solis accidentariis et sordidis saepe emendicationibus aut exactionibus populum cum scandalo gravare. Et quia omnino a populi liberalitate dependent, non audent veritatem dicendo aut peccata arguendo populo displicere.

5° Dum tantum mercenarii sunt et non proprii pastores, fit, ut minus invigilent ovibus suis, nec suorum defectus ad episcopum deferant, aliaque accidant absurda.

III. Extra civitatem vero Antverpiensem magis grassatur supradicta haeresis pestis. Quatuor enim sunt illius dioecesis oppida[1], quae ab haereticis occupantur, ubi nullum permittitur exercitium religionis catholicae ; quin imo in tribus nullus est sacerdos. Et, licet in illis quidam sint catholici, tamen propter

[1]) Breda, Berg-op-Zoom, Steenbergen et Willemstad.

continuam conversationem cum haereticis et defectum exercitii religionis catholicae, conciones scholasque haereticas, quas ex defectu aliarum curiositate aliorumve seductione frequentant, paulatim omnes dilabuntur ad haeresim. In omnibus vero pagis permittitur exercitium religionis catholicae, salva magna contributione, qua singuli pastores aliique beneficiati gravantur, adeo ut quidam tertiam, quidam mediam partem suorum proventuum contribuant. In pagis quibusdam maritimis ac hosti vicinis permittitur publice quidem concio catholica, sed non celebratio missae aut publica sacramentorum administratio.

Causa haeresis in pagis est *primaria* : pastorum sacerdotumque maxima inopia; populus alioquin passim ex se optimus et in fidem catholicam propensus est. Illa porro inopia pastorum tanta est, ut episcopus initio sui episcopatus duas partes pagorum invenerit pastoribus destitutas[1].

Secunda : Scandalosa quorumdam pastorum ac sacerdotum in illis partibus[2] vita. Coacti enim hactenus fuerunt episcopi Antverpienses tolerare pastores apostatas, concubinarios, ebriosos, ac aliàs scandalosos et indoctos, ob defectum aliorum, ne populus acciperet ministros haereticos et ad omnimodam oblivionem catholicae religionis deveniret.

Tertia : Continua conversatio cum haereticis. Cum enim omnes illi pagi aut provinciis haereticis vicini sint aut oppidis ab haereticis occupatis, ad quae pro mercemoniis aliisque necessitatibus necesse habent adire, aut ipsi etiam haeretici tam ministri quam milites ac alii tuto ad pagos veniant, facile fit, ut ipsorum colloquia corrumpant incautos. Haeretici etiam libros disseminant specietenus catholicos, revera tamen haereticos, qui a rusticis leguntur, ac iis potissimum, qui pastori-

[1]) Voyez *Analectes,* III, p. 49.

[2]) Scilicet in partibus Statuum Hollandiae militibus occupatis vel illis obnoxiis.

bus carent, ac proinde aliud diebus dominicis ac festivis exercitium non habent.

Quarta : Quod in pagis nemo ob haeresim puniri aut corrigi possit. Dum enim hostis omnes habet tributarios, armis eos defendit, ne causa haereseos aliquid patiantur. Contigit enim, dum episcopus haereticum in civitate habitantem extra diocesim proscriberet, eo quod in diocesi contineantur et pagi, maximum ab hoste in temporalibus passus sit damnum. Imo in multis locis officiarii saeculares sunt haeretici, qui cum peccantibus et perpetrantibus scandala dissimulant.

Quinta : Quod episcopus diocesim suam in pagis visitare non possit. Dum enim omnes pagi hosti sunt tributarii, continuus est militum haereticorum ad pagos excursus; qui non tantum non patiuntur episcopum suas facere visitationes, sed nec ullum religiosum aut sacerdotem patiuntur facere stationes suas in concionibus aut aliis quibuscumque catholicis exercitiis. Unde fit ut, dum verus pastor oves suas interdum visitare iisque adesse non possit, eas lupus subinde, proh dolor! invadat.

Sexta : Maximum autem periculum, quod suo gregi imminere videt episcopus, est ab haereticis ministris. Tres enim habent haeretici in Belgio universitates recenter erectas, in quibus doctrinam Calvini profitentur : unam in Hollandia Lugdunum, in qua alunt ex aerario publico in tribus collegiis plus quam centum quinquaginta pseudotheologiae studiosos; alteram in Frisia Franikera, et in Geldria Artenburch. In hisce maximum numerum studiosorum formant, quos ad pagos nostros emittant, ut deserviant pastoratibus, quos invenient vacare, ut de facto invaserunt hujus diocesis duos pastoratus ante trimestre, ac plures in diocesi Buscoducensi ac Daventriensi.

IV. *De remediis contra haeresim adhibitis et adhibendis.* Ad extirpandas haereses earumque progressus impediendos his usus est episcopus mediis :

Primo ordinariis : Ipse episcopus festis solemnioribus et dominicis Quadragesimae tam in ecclesia cathedrali quam aliis subalternis concionatur. Ante administrationem sacramentorum aliorumque quorumcumque actuum episcopalium praemittit exhortationem. Concionatur ad populum subinde lingua teutonica, subinde gallica, frequenter etiam latina ad clerum.

Sollicitus est, ut habeat per totam civitatem praeter pastores felicissimos concionatores ex patribus Societatis Jesu, Capucinis, Franciscanis, Dominicanis et Carmelitis.

V. Hisce mediis grandiores continentur ac promoventur in fide catholica. Quia vero potissima ratio habenda est, ut in pueris instilletur religionis haec cognitio, statim in initio sui episcopatus totus fuit in restituenda catechisatione. Cum enim quaedam a praedecessoribus suis ad catechisationem et doctrinam christianam docendam ipsam juventutem essent laudabiliter instituta, quae inveniebat pro majori parte collapsa, magno conamine egit cum magistratu de modis et mediis, quibus tota civitas in rudimentis fidei et morum probitate instituenda, communique consilio statuta sunt haec auctoritate. Magistratus, praefecti vicorum, singulis in suis vicis annotaverunt per singulas domos omnes pueros et puellas aetatis ab anno octavo usque ad annum decimum quintum. In uno quidem registro omnes honestiores, qui ferialibus diebus scholas visitant, quales invenerunt ultra 4000 ; in altero vero registro pauperiores numero non inferiori, quorum parentibus ad eos in scholis alendos media non suppetunt. Ordinatum est, ut illi honestiores una cum suis ludimagistris conveniant diebus sabbathinis hora prima pomeridiana singuli ad ecclesias suas parochiales, ubi una hora catechizantur. Pro aliis vero pauperibus designata sunt novem sacella, ad quae illi per vicos distincti conveniunt. In hisce diebus dominicis et festis ab hora octava usque ad undecimam ante meridiem, a prima usque ad tertiam post meridiem, instruuntur.

In hisce sacellis hic servatur ordo : Primo celebratur missa, deinde una hora a patribus Societatis Jesu catechisatur; postmodum docetur doctrina christiana et ars legendi et scribendi. Pueri docentur in singulis sacellis a sex aut septem viris, puellae vero ab honestis matronis et filiabus, quae ex pietate et gratis easdem in doctrina christiana et omni honestate instruunt. Ne vero ex defectu mercedis aut sollicitudinis bonum opus hujusmodi labascat, impetravit episcopus a magistratu pro stipendiis docentium centum et quinquaginta ducatos annuos. Ut vero pueri incitentur ad gnaviter discendum, honorantur libellis, imaginibus, rosariis, aliisque praemiis, partim ex aerario publico, partim donis privatorum.

Ut vero praeclarum hoc opus diligenter exerceatur, visitat subinde ipse episcopus hujusmodi catechisationes; suntque duo ex parte cleri, et duo ex parte magistratus, qui hujusmodi operi praesunt, ac satellites ex aerario publico stipendiati, qui vagabundos ac invitos ad catechismum compellant.

Et ut plures ad pia haec exercitia animarentur, instituit (episcopus) confraternitatem doctrinae christianae a felicis recordationis Pio V, Gregorio XIII, ac nuper a Sanctitate Vestra multis indulgentiis locupletatam.

Hanc etiam catechisationem ejusque modum, quantum fieri potest, pro commoditate cujusque loci, in aliis oppidis catholicis ac pagis suae diocesis, per pastores et ludimagistros observari curat.

VI. Quoniam episcopus statim post adeptum episcopatum considerabat ex maxima inopia pastorum et sacerdotum infinitas animas verbi Dei solatio destitutas perire, omnem adhibuit diligentiam, ut seminarium institueret. Et primo episcopatus sui anno tale instituit, ut statim praesenti necessitati subvenire posset; his videlicet legibus, ut nemo admittatur, nisi ad minus aetatis sit viginti annorum, idoneus ad theologiae studium, qui et juramento se obliget ad pastoratum suscipiendum in diocesi Antverpiensi, arbitrio episcopi designandum.

Induxit patres Societatis Jesu ad dandas quotidie tres lectiones, duas in theologia morali, quae est de sacramentis et peccatis, et tertiam in controversiis horum temporum; in quibus quotidie et domi et in scholis exercentur disputationibus publicis, et conferentiis casuum conscientiae semel in septimana. Privatis concionibus teutonicis et ceremoniis ecclesiasticis diebus dominicis et festivis, quotidie vero in cantu ecclesiastico exercentur. Singulis vero trimestribus ipse episcopus cum provisoribus seminarii alumnos examinat, ad eosque animandos frequenter eorum exercitiis interest. Hisce mediis brevissimo tempore redduntur idonei ad pastoratum, uti experientia docet, quippe inter biennii et sex mensium spatium emissi sunt decem sacerdotes ad pastoratus aut vicepastoratus rurales; suntque adhuc decem alii in ordinibus sacris et sex alii ejusdem seminarii alumni.

VII. Quia vero in hac diocesi propter paupertatem ipsius cleri et continuam, quae hosti fit, contributionem, non poterat episcopus dotare suum seminarium per media a concilio Tridentino praescripta, collegit opera pastorum in unaquaque hujus civitatis parochia, adjuncto cuique pastori uno senatore, magnam eleemosynam, ex qua adaptavit domum a capitulo suo cathedrali impetratam pro habitatione seminaristarum, eosque ex eleemosynis aluit annis jam fere tribus, numero prius duodecim, deinde viginti, plures aliquando aut pauciores; fructusque percepit cujusdam pii legati facti a capellano suae ecclesiae, quondam domino Nicolao Agricola, quod Sanctitas Vestra compatiens necessitati tam afflicti gregis a Lovaniensium Universitate ad dictum seminarium transtulit. Cujus legati occasione magna lis est inter episcopum et Universitatem; quam tamen a Sanctitate Vestra sperat in favorem dicti seminarii finiendam.

VIII. Suadente ac instigante episcopo, a piis quibusdam personis erectum est aliud collegium studiosorum humanioris litteraturae, qui visitant scholas patrum Societatis Jesu, et paulatim parantur ad dictum seminarium theologicum.

IX. Adhibuit episcopus et aliud remedium, ut praesenti necessitati provideret. Cum enim videret se ex Universitate Lovaniensi non posse habere pastores, non obstantibus variis sollicitationibus (tantum enim duos pro pagis impetrare potuit spatio biennii), egit cum abbatibus ordinis Praemonstratensis et aliis ordinibus, ut in hac tanta necessitate periculose laboranti Ecclesiae subvenirent. A quibus et aliunde undequaque conquirendo tantum effecit, ut per totam suam diocesim constituerit plus quam sexaginta pastores; qui tamen tantum abest, ut plerique eorum duobus, quidam tribus serviant pastoratibus; et adhuc sunt pagi, ubi nullus sacerdos sacramenta administret[1].

X. Remedia vero ad haeresis propagationem impediendam necessaria et convenientia praeter ea, quae adhibita sunt, suggerit episcopus haec :

Quia maximum periculum est a pravis libris, qui infiniti jam in regionem haereticorum scribuntur ac impressi disperguntur,ac plerumque primo Antverpiam advehuntur, opus est pluribus censoribus librorum; quos, cum hactenus episcopus non habuerit nisi voluntarios, qui ex canonicis aut pastoribus ab episcopo ad hoc officium requisiti sine stipendio fuerunt, qui, aliis propriis functionibus seu occupationibus distenti, minus in hoc opere incumbunt, necesse est, ut Sua Sanctitas unam aut alteram praebendam primo vacaturas ecclesiae cathedralis officio censorum uniat cum onere, ut omnes sarcinas librorum Antverpiam advectas, antequam a bibliopolis aperiantur, visitent, officiumque censorum per omnia faciant. Quae quidem praebendae, dum eas vacare continget, perpetuo ab episcopo conferantur doctori aut licentiato theologiae, teutonici gallicique idiomatis perito.

Et, quia episcopus nullam habet in cathedrali ecclesia sua collationem, ac in diocesi tam laborioso paucos adjutores (sunt enim 21 tantum praebendae praeter unam episco-

[1]) Voyez *Analectes*, III, p. 49.

pali mensae unitam, ac duas decanatui annexas), supplicat, ut Sanctitas Vestra gratiose ei concedere dignetur gratiam alternativam in collatione praebendarum in octo mensibus, in quibus habet in dicta ecclesia collationem, cum hac conditione, ut non conferantur nisi doctoribus aut licentiatis in theologia aut jure canonico.

XI. Ut autem majori cum fructu cura animarum exerceatur et doctiores pastores haberi possint in ipsa civitate, supplicat episcopus, ut imposterum capitulum cathedrale nullum ad officium pastoris aut pastoralia administranda possit assumere, qui prius ab episcopo non sit examinatus et admissus, et curam animarum teneatur capere; sitque in potestate episcopi eidem ex fructibus et oblationibus incorporatis eisdem pastoribus assignare competentiam; nullusque pastor, sive sit vicarius temporalis sive perpetuus, sine episcopi authoritate admitti aut amoveri possit. Quod ut magis commode ac debite fieri possit, concedatur, ut episcopus authoritate apostolica possit removere, et, quatenus consultum repererit, annullare unionem plebaniae ecclesiae cathedralis factam mensae capitulari, non obstante decreto concilii Tridentini (*sess.* VII, *c.* 6), quod ante annos 40 ea facta fuerit; aut id committatur illustrissimo nuntio apostolico in hisce partibus existenti.

XII. Quia ordines mendicantes monachos incorrigibiles a suo ordine abscindunt, dum ii media non habent ad vivendum, fit plerumque, ut aut apostatentur (quod hic facillime facere possunt, nam sunt haereticis vicini ac inter eos tuti), aut ingerant se beneficiis ecclesiasticis in diocesibus episcoporum; in quibus ob defectum aliorum sacerdotum hactenus fuerunt tolerati, suntque ibidem maximo scandalo; valde expediret provideri auctoritate Sedis Apostolicae, ut superiores ordinum mendicantium prohibeantur in hisce Inferioris Germaniae ditionibus incorrigibiles a suo ordine abscindere; sed aut domi incarceratos retinere, aut media vivendi suppeditare teneantur.

XIII. Ut in hac tanta necessitate pastorum, quae modo major est, quam umquam antea fuerit, propter periculum, quod imminet ab haereticis, qui jam ministros suos incipiunt intrudere in pastoratus vacantes, ut supra dictum est, et quod imposterum saepius facturi sunt, ut summopere timendum est (insolescunt enim mirum in modum, quod serenissimos principes nostros quasi impulerint ad petiendam pacem), praedictum seminarium, tanto cum fructu erectum, ulterius promoveri possit, supplicat humiliter dictus episcopus, ut Sanctitas Vestra suis favoribus hoc seminarium prosequi dignetur; petitque, ut possit seminario suo applicare omnes fructus beneficiorum indebite in sua dïocesi perceptos, ut sunt: 1° fructus, quos perceperant patroni, tam ecclesiastici quam laici, pastoratuum et beneficiorum fundatorum in ecclesiis, quae dirutae sunt, aut in quibus debitum non curarunt fieri officium; 2° fructus beneficiorum perceptorum ab iis, qui ad beneficium non habent aut titulum aut legitimam institutionem; 3° fructus beneficiorum perceptos ab iis, qui quidem legitimam institutionem habent, sed nullum curarunt fieri nec in loco fundationis, nec alibi, officium in fundatione requisitum; 4° fructus beneficiorum vacantium, qui supersunt post expletum fundationis onus; fructus item omnium beneficiorum simplicium, quorum possessores in pagis, ubi fundata sunt, non resident, cum onere tamen explendi per alios onus missarum, ac aliud quodcumque; 5° aliosque omnes fructus ecclesiasticos indebite ab aliquo in dicta diocesi perceptos; qui quidem, cum in multis locis sint percepti et adhuc percipiantur injusto titulo, merito tam pio operi pro hujusmodi Ecclesiae bono applicari possunt debentque; quod, si Sedis Apostolicae authoritate fiat, facilem habebit executionem.

XIV. Non foret forte inconsultum privilegium nominationis Universitatis Lovaniensis ad beneficia concessum pro tempore aliquo quoad praebendas suspendere (etsi non respectu professorum in quacumque facultate ibidem docentium). Isto

enim privilegio contra bonum publicum jam diu abutuntur. Plerique enim studiosi ibi instituti aspirant ad praebendas et canonicatus, pauci ad pastoratus potissimum rurales se applicant; quod tamen facerent, cum ita ad praebendas non adspirare possent.

XV. Cum orationes piorum multum possint ad avertendam Dei iram ac haereses extirpandas, adhibet episcopus omnem diligentiam, ut et pietas et usus sacramentorum poenitentiae et Eucharistiae frequentior introducatur. Ad populi vero devotionem excitandam supplicat, ut Vestra Sanctitas concedere dignetur omnibus et singulis Christi fidelibus, qui in diocesi Antverpiensi sabbatho ante dominicam primam cujusque mensis jejunaverint, et confessi, ac sacramento Eucharistiae ipsa dominica die refecti, interfuerint summo sacro in sua parochia, et concioni ibidem, aut ad minus processioni, quae fit in unaquaque parochia ante summam missam, toties quoties id fecerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam.

XVI. In oppidis Breda et Bergis supra Zomam sunt duae ecclesiae collegiatae, habentes decanatum et duodecim canonicatus et praebendas. Horum possessores prohibentur ab haereticis in suis ecclesiis residere et officium divinum facere, sed dispersi variis in locis alia adhuc habent beneficia, cum tamen etiam percipiant magnam partem fructuum ex praebendis suis praedictis absentes. Ut autem voluntas fundatorum, quantum fieri poterit, servetur, supplicat episcopus, ut, quamdiu praedicta oppida in haereticorum potestate manebunt, teneantur decani et capitula praedicta facere residentiam suam et officium divinum in civitate Antverpiensi, in ecclesia per episcopum designanda, non obstante, quod sese exemptos praetendant a jurisdictione ordinarii, ex eo quod dicant se aliquando ante episcopatus erectionem fuisse inter secundarias ecclesias Leodienses, accedente ad praedicta patronorum laicorum consensu.

XVII. In iisdem oppidis sunt monasteria monialium et beghinagia; quae quidem permittuntur ab haereticis ibi habitare et gaudere bonis temporalibus, sed nullum permittitur eis religionis catholicae exercitium, adeo quod aliquando duobus annis integris non audiant unum sacrum. Prohibentur etiam uti habitu ordinis sui, aut novitias admittere, ac sic paulatim, extinctis monialibus, bona dilabentur ad haereticos. Quaedam etiam illarum apostatarunt. Rogat episcopus, ut easdem authoritate apostolica cogere posset quamvis forte exemptas, ut, relictis illis oppidis, veniant ad alia loca, ubi libere poterunt exercere promissa vota religionis suae.

XVIII. Optat episcopus dari declarationem super matrimoniis, quae in oppidis diocesis suae ab haereticis occupatis contrahuntur tam ab haereticis quam catholicis. Duae enim datae fuerunt [decisiones] ab illustrissimis cardinalibus, qui praesunt interpretationi concilii Tridentini; una ab annis viginti et uno, in qua declarabatur, quod omnia matrimonia contracta in iis locis, ubi concilium fuerat promulgatum, coram ministro haeretico aut magistratu loci, non servata forma ac modo a concilio Tridentino, nulla ac invalida essent; secundum quam declarationem multa matrimonia ita contracta de facto separata sunt, atque ita separati cum aliis contraxerunt. Altera declaratio fuit facta ante annos sex ad petitionem illustrissimi Octavii, archipiscopi Tarentini, tum in hisce partibus nuntii apostolici; in qua dicitur matrimonia contracta in iis locis, ubi pastores non sunt, esse vera matrimonia, etiam contracta coram magistratu aut ministro. Adduntur quaedam distinctiones ac clausulae, quas optat episcopus paulo apertius declarari ob casus quosdam, qui in sua diocesi quotidie contingunt, ibidem non satis expressos, juxta libellum de ea re peculiariter formatum.

XIX. In visitatione sui episcopatus per decanos rurales facta deprehendit episcopus plures hisce bellorum tumultibus (nullis aut paucis in pagis existentibus pastoribus) contraxisse ma-

trimonia in gradibus consanguinitatis et affinitatis prohibitis, imo in primo et secundo; qui quidem vixerunt inter se tamquam legitime conjugati annis multis, pluribus etiam prolibus procreatis; qui, cum jussi fuerunt authoritate episcopi separari, difficulter ea separatio servatur, tum propter affectum, quo se mutuo [prosequuntur] propter diuturnam inter se conversationem, tum propter prolium sustentationem, tum etiam quod a multis tanquam legitime conjuncti habeantur. Valde optandum esset, ut nuntio apostolico ea daretur authoritas, ut in quibuscumque gradibus praedictis dispensare posset cum illis, qui de facto contraxerunt, ne ob denegatam dispensationem ad haeresim deficiant, dum apud haereticos impune in istis matrimoniis vivere permittuntur.

XX. Sollicitus est episcopus, ut aream sibi commissam purget a peccatis, quibus offenditur Deus. Optat summopere, ut authoritate apostolica aliquid definiatur circa contractus usurarios; tam est enim hominum insatiabilis avaritia, ut nulla jam sit injustitia aut usura, quae non sub titulo cambiorum, interesse, lucri cessantis, damni emergentis, aut specie trium contractuum, quos vocant, societatis implicitae, assecurationis, et venditionis, probabilis lucri, non pallietur. Et ante omnia mandetur publicari per illustrissimum nuntium apostolicum bulla Sixti V, quae incipit: *Detestabilis avaritiae ingluvies;* aliisque modis prospiciatur, ut certi aliquid et definiti circa justitiam et injustitiam contractuum dantium pecuniam ad interesse statuatur. Cupiens enim episcopus consultum conscientiis suorum subditorum, quos videt in hac civitate, emporio utpote celeberrimo, maxime intricatos, curavit super his audiri censuram Universitatis Lovaniensis et Duacensis; quae ex diametro repugnantes inter se sententias asserunt. Fueruntque de iisdem saepe inter viros motae disputationes; sed, dum nihil certi definitum est, putant tamen sibi licere accipere, quantum habere possunt. Quare valde optandum esset Sedem Apostolicam definire certum aliquod lucrum, ultra quod

ratione sui lucri cessantis seu interesse, ut vocant, accipere mercatores non possunt.

XXI. Cum a sacrosancta Tridentina synodo varia praescripta sint media, quibus publice delinquentes, etiam laici, per episcopos et judices ecclesiasticos corrigendi sunt, fit tamen, ut per judices laicos varie jurisdictio ecclesiastica impediatur. Sustinetur enim lis in judicio saeculari contra episcopum, in qua asseritur non posse episcopum judicemve alium ecclesiasticum propter crimina, quae sunt fori ecclesiastici, aliquem laicum incarcerare aut poenas pecuniarias imponere; et de facto infamis concubinarius, qui 12 annis in concubinatu incorrigibilis[1] ... erat, ab episcopo incarceratus, authoritate laica relaxatus est. Ipsius episcopi executores, executionem facere volentes, a laicis apprehenduntur, et varia quotidie jurisdictio ecclesiastica experitur a laicis impedimenta, dum ea, quae sunt officii sui, exequi intendit. Cui malo pro sua paterna sollicititudine et zelo domus Dei a Sanctitate Vestra medelam adhibendam aliquando omnes bene confidunt.

PARS POSTERIOR.

Ad particularem porro singularum ecclesiarum dictae diocesis statum progrediendo declarandum est.

XXII. Quod inter reliquas in Belgio ecclesias ad petitionem Philippi II, regis catholici, a Paulo IV in Belgio erectas in cathedrales, fuerit ecclesia beatae Mariae Antverpiensis ante annos circiter quinquaginta; quae habuit episcopos primum nominatum non tamen consecratum Philippum Nigri, deinde Franciscum Sonnium; post cujus mortem annis fere decem vacavit episcopatus, quod civitas ab haereticis esset occupata. Huic postea successit Livinus Torrentius; eique post annos circiter tres successit Guillielmus a Bergis; is ad archiepiscopatum Cameracensem promotus annos tantum tres egit in hoc

[1]) Il y a, en cet endroit du manuscrit, un mot qu'il est impossible de déchiffrer.

episcopatu. Hunc subsecutus est Joannes Miraeus, qui invitus tantum onus, quo se indignum et imparem judicabat, suscepit, in eoque nunc agit annum quartum.

XXIII. Ecclesia cathedralis post episcopalem (cujus mensae annexus est canonicatus et praebenda) quinque habet dignitates, canonicatus et praebendas viginti quatuor. Inter quas dignitates prima est decanatus; cui cura animarum cleri totius civitatis incumbit, et annexos habet duos canonicatus et praebendas ex dictis viginti quatuor. Solebat olim ea dignitas esse electiva, nunc vero serenissimus princeps ex Suae Sanctitatis indulto eam confert. Est autem decanus juris utriusque licentiatus, prothonotarius apostolicus, residens[1].

Secunda archidiaconatus[2]; in cujus officio a prima institutione semper fuerunt difficultates duae : Prima, an per erectionem ecclesiae collegiatae Antverpiensis in cathedralem non cessaverit authoritas archidiaconalis, quae prius erat penes capitulum, et translata videatur in archidiaconum in dicta ecclesia per dictam bullam institutum? Altera, cum in bulla dictae erectionis dicatur archidiaconus habere jura, quae prius habebat archidiaconus Cameracensis (instar aliorum, qui in illis partibus sunt), an sit etiam intelligendum de iis partibus, quae ante erectionem subfuerunt diocesi Leodiensi? Diocesis enim Antverpiensis composita est ex duabus partibus, quarum una prius subfuerat ecclesiae Cameracensi, altera Leodiensi[3].

Tertia dignitas est cantoratus, qui praeest officio chori. De

[1]) Jean Delrio, de Bruges, licencié ès-droits, archidiacre du chapitre, fut nommé doyen par lettres patentes des Archiducs le 28 décembre 1606; il mourut le 5 janvier 1624, vers huit heures du soir. *Actes du chapitre.*

[2]) Le premier archidiacre de la cathédrale d'Anvers fut Jacques a Campo ou Vande Velde. Il mourut le 17 juillet 1591, à huit heures et demie du matin, et les chanoines lui concédèrent *locum sepulturae in choro gratis infra arborem* (?). Delrio fut installé comme archidiacre le 27 juillet de la même année. Après qu'il eut été nommé doyen du chapitre le 28 décembre 1606, Renier Braekel lui succéda comme archidiacre. *Actes du chapitre.*

[3]) Voyez sur la délimitation des anciens diocèses de Liége et de Cambrai, *Analectes*, I, pp. 40 et svv.

eo provisum est Dionysio Leermans[1], ab annis fere tribus; qui praetextu cujusdam litis, quam habet cum quodam ab Universitate Lovaniensi nominato, cum quo ab anno et amplius sub beneplacito Sedis Apostolicae dicitur transegisse, ac tamdiu litem non promovit, saltem non venit ad residentiam, cum maximo detrimento officii divini in dicta ecclesia potissimum nunc, cum praesentia illius maxime desideretur ad exequendum mandatum Clementis octavi de servandis ceremoniis romanis; quod ut recte fiat, allaboratur. Proinde ut similibus inconvenientibus, quae per ejus absentiam accidunt, provideatur imposterum, petit episcopus, ut a dignitate cantoratus, cui authoritate Sedis Apostolicae unitus est certus canonicatus et praebenda, dimembretur, et is imposterum possit per electionem per episcopum et canonicos residentes alicui de numero

[1]) Denis Vander Voort dit Leermans, docteur ès-droits, chanoine et chantre de la cathédrale d'Anvers, était natif de cette ville. Il fut nommé chantre par lettres de Rome, lues au chapitre le 24 mars 1605, après la mort du chanoine et chantre Sublindius, décédé le 17 janvier 1605. Le chapitre avait accepté antérieurement la nomination à cette dignité faite par l'Université de Louvain en la personne de Henri Rampen, mais sous la réserve de prouver que les priviléges de Louvain s'étendaient à la nomination des dignitaires du chapitre. Prévoyant un procès entre les deux candidats, le chapitre mit Leermans en possession de la prébende, à condition de ne pas devoir intervenir dans les frais que pourrait occasionner le procès éventuel entre les deux candidats. Ce procès fut arrangé à l'amiable avant le mois d'octobre 1607; et, à la Saint-Jean de l'année suivante, Leermans commença la première année de sa résidence Ce n'est qu'après avoir résidé deux années que les chanoines d'Anvers devenaient capitulaires. Leermans fut nommé doyen du chapitre de Lierre par lettres de l'archiduchesse Isabelle en date du 8 octobre 1628. Il prit possession de sa dignité le 25 mai 1629. Son frère Matthieu Leermans le remplaça comme chanoine et chantre de la cathédrale. Le nouveau doyen de Lierre, se distingua par son zèle : « Grassante peste, innumeros infectos, ut alter Borromaeus, indefessus ultimis » sacramentis refocillavit, anno nempe 1633, et eleemosinas ipsis porrexit... » Ultimam clausit diem 10 maii 1645, hora quasi prima post meridiem. » *Actes du chapitre d'Anvers et annales du chapitre de Lierre par le chanoine Drymans.*

canonicorum conferri; mandeturque dicto Leermans, ut aut cantoratum deserat, aut statim ad residentiam veniat[1].

Quarta archipresbyteratus, quinta poenitentiaratus. Has dignitates, decanatu et cantoratu exceptis, qui annexos habent canonicatus et praebendas, ut dictum est, episcopus juxta erectionis bullam confert aliquibus de numero canonicorum, qui praebendas graduatis affectas possident; ac de illis impraesentiarum prospectum est viris doctis et piis[2].

XXIV. Habet eadem ecclesia aliquot officia. Primum est plebania. Plebanus autem accipit curam animarum ab episcopo in omnes parochianos tam dictae ecclesiae cathedralis quam omnium aliarum subalternarum. Eam curam tamen non potest per se exercere, sed solum per substitutos; ex quo cum multa sequantur incommoda, de quibus supra dictum est, petit episcopus ad abusus omnes tollendos permitti sibi unionis plebaniae revisionem ac, quatenus consultum repererit, revocationem, ut supra.

Secundum officium est scholasteria. Huic incumbit cura omnium scholarum, quae sunt numero 120, et potissimum catechisationis, quae per totam civitatem fit. Hoc officium solebat habere annexum aliud onus, quod scilicet illius possessor erat actuarius capituli. Verum praesens episcopus, ut

[1]) « Placet dominis (canonicis), sollicitetur Romae apud Suam Sanctitatem, ut cantoria in posterum sit electiva, sicut solebat esse. *Actes du chapitre d'Anvers, du* 1 *septembre* 1606.

[2]) La liste des doyens, archidiacres, archiprêtres et pénitenciers, etc., a été publiée par Mgr De Ram, dans son *Synopsis actorum ecclesiae Antverpiensis*; mais n'ayant pas devers lui les *Actes du chapitre d'Anvers*, il s'est quelquefois trompé surtout dans la liste des archiprêtres de la cathédrale. Il les confond parfois avec les doyens ruraux du district, comme le fait très bien remarquer l'auteur de l'ouvrage intitulé : *Kerkelyke geschiedenis van het bisdom van Breda*, d'après les notes que j'ai eu l'avantage de lui communiquer. Renier Braekel, installé archidiacre le 6 avril 1607, fut remplacé comme archiprêtre par le chanoine Henri Duyfkens, qui entra en fonctions le 23 juin de la même année. Pierre Van Santvoort, licencié en théologie, était à cette époque pénitencier. *Actes du chapitre.*

scholasticus plus otii haberet ad totum se dandum superintendentiae scholarum, ab onere illo scholasteriam exsolvit, novumque officium actuarii capituli, quod proinde est tertium, instituit; cui incumbit omnia capituli acta scribere, et monumenta ad bona capituli aliarumque ecclesiarum subalternarum spectantia servare[1].

Quartum officium est thesaurarii, cujus est curare fabricam, ac ecclesiae ornamenta ac bona fabricae cum adjunctis administrare.

XXV. Collatio praebendarum pertinet mensibus octo ad Sedem Apostolicam (novem graduatis exceptis), aliis vero mensibus ad capitulum; ita ut episcopus nullam omnino habeat collationem. Quia vero episcopus pro maximo onere in republica haeresi infecta et statu turbulentissimo paucos habet coadjutores viros doctos, humiliter supplicat, ut Sua Sanctitas concedere dignetur, quatenus habeat cum Sua Sanctitate alternativam in conferendis praebendis praedictis, ut supra dictum est; aut saltem permittat ei collationem trium praebendarum proxime in mensibus Suae Sanctitati reservatis vacaturarum, cum conditione quod eas nullis conferat nisi doctoribus aut licentiatis in theologia aut jure canonico. Dum contingit vacare canonicatus, praebendas, officia aut capellanias, in mensibus spectantibus ad collationem capituli, habent canonici pro more, ut conferant hujusmodi praebendas et capellanias per turnum. Desiderat episcopus, ut hic mos authoritate Sedis Apostolicae reformetur, et hujusmodi collationes in posterum fiant magis digno ex suffragiorum pluralitate, interveniente etiam episcopo; cujus mensae, ut episcopus semper capitularis esset, ac votum supra decanum et canonicos haberet, canoni-

[1]) « Praesente et approbante reverendissimo domino, placuit officia actuarii et scholastici in posterum esse distincta ; quorum hic habebit superintendentiam scholarum, ille habebit curam omnium aliorum negotiorum, quae solent incumbere scholastico.» Par suite de cette disposition Maximilien Van Eynatten fut élu, le même jour, actuaire ou secrétaire du chapitre, et Aubert Le Mire écolâtre. *Actes du chapitre du 9 décembre* 1605.

catus unitus est, ut supra dictum est. Hac ratione autem provideri posset viris qualificatis, et vitari incommodum particularis cujusque affectus, qui in istiusmodi collationibus, quae per turnum fiunt, magis dominari solet quam ipsa ratio.

In posteriori visitatione animadvertens episcopus, quod capitulum nulla haberet certa statuta, sed tantum vetera quaedam fragmenta a variis episcopis pro oblatis occasionibus ordinata, composuit quaedam certa statuta per omnia, quantum fieri potuit, concilii Tridentini decretis conformia; quae ut observentur exacte, per se ac capituli decanum sedulo invigilat.

XXVI. Clerus totus tum in ipsa ecclesia cathedrali tum in ceteris honeste se gerit, nec scit in praesenti episcopus aliquem scandalosum. Scandala et abusus, quos in visitatione et extra eam deprehendit, studuit ac studet tollere, totusque est in eo, ut ecclesiam habeat quam reformatissimam.

Fabrica ecclesiae cum ipsa turri magnificentissima est, visunturque in ipsa ecclesia altaria 40, post iconomachiam sumptuosissime paulatim restituta, celeberrimisque picturis variisque ornamentis ita instructa, ut spectantibus omnibus maximam devotionem gignant simul et admirationem.

In ipsa civitate parochiales ecclesiae sunt sex, videlicet: divae Virginis, quae est cathedralis, divae Waldetrudis[1], quae vulgo *Castri* dicitur, divi Jacobi, Georgii et Andreae, et *in arce*. Quae quidem cum pro multitudine numerosissima non sufficiant, ut parochiani dignoscantur a suis pastoribus, sollicitus est episcopus de invenienda ratione, ut plures parochias instituat.

XXVII. Habet ipsa civitas monasteria virorum novem, totidemque monialium. Abbatia ordinis Praemonstratensis in honorem sancti Michaëlis dedicata, in qua religiosi sunt quadraginta et unus. Octo ex iis adhuc novitii sunt, ex eorumque

[1]) Lisez *Walburgis* au lieu de *Waldetrudis*.

numero plus quam viginti, annuente abbate, desumpsit episcopus, qui pastoratibus in dicta diocesi deserviant, ut praesenti necessitati sacerdotum subveniatur. Optime omnes reformati.

Modernus illius abbatiae abbas erexerat ante annos septem in civitate Antverpiensi monasterium monialium ; sed praesens episcopus agnoscens in visitatione illud monasterium sine auctoritate ordinarii erectum esse, nullaque ibidem servari vota religionis aut disciplinam monasticam, nec servari posse, re tota delata ad illustrissimum Decium Caraffa, archiepiscopum Damascenum, tum his in partibus nuntium apostolicum, iis, omnibus perpensis et mature deliberatis, mandavit, ut moniales dicti monasterii commigrarent ad alia monasteria monialium ejusdem ordinis. Quod et factum est.

Est et prioratus ordinis Cisterciensis, vulgo dictus a fundatoris nomine *Petri Pots*. Habet monachos sacerdotes novem, et duos laicos; inter quos cum plerique sint non satis sanae mentis, fit ut sacer ordo religiosorum, potissimum inter haereticos, hic sit contemptui et derisioni. Proinde optaret episcopus, ut authoritate Suae Sanctitatis mandaretur generali aut visitatori ordinis Cisterciensis, quatenus faceret aliquam commutationem religiosorum, emittendo aliquot monachos ex hoc prioratu, et remittendo alios mentis melius compotes in ipsorum locum.

Est et conventus ordinis sancti Francisci de Observantia, habens ordinarie religiosos optime reformatos, multos viros pios et doctos. Sacerdotes nunc sunt viginti duo ; professi novem, novitii septem, laici octo.

Capuccinorum monasterium habet sacerdotes octo, professos duodecim, laicos octo, qui et verbo et exemplo, corruptissimo hoc saeculo, magnum in Ecclesia Dei faciunt fructum.

Est et monasterium Bogardorum, tertii ordinis sancti Francisci; in quo sunt praeter missos ad alia monasteria religiosi decem et tres et laici duo. De quibus disputatur, cui subsint; ab ordinario praetendunt se exemptos ratione ordinis sancti

Francisci, cujus tamen superiores non agnoscunt; sed quatuor aut quinque parva monasteria, quae supersunt in Inferiori Germania, formant sibi generalem ex suo ordine. Exiguum in ecclesia fructum faciunt.

Est et conventus ordinis sancti Dominici, qui et privilegiis et divitiis praeminet; quod a paucis annis multum est reformatum, habetque nunc viros insignes in pietate et doctrina et qui bonam in republica ista praestant operam. Sunt autem religiosi numero viginti, annumeratis laicis tribus, quorum duo professi et unus novitius; ex aliis etiam religiosis septem Lovanii in studiis sunt.

Carmelitarum coenobium etiam hic optimo loco totius civitatis situm est. Ii in restaurando et augendo suo templo admodum strenui sunt. Utinam taliter aedificent quoad spiritualia! Habent viros zelosos aliquos et doctos. Sunt autem fratres professi viginti quinque, sed quinque Lovanii student, et inter omnes sunt septem laici, quorum unus est novitius.

Quartus mendicantium [ordo], videlicet Augustinensis, instat, ut et in hanc civitatem admittatur. Sed duo obstant : primum quod media ad sui sustentationem aut nulla aut exigua habeat, neque gravari civitas velit; alterum quod ante annos octoginta auctoritate Summi Pontificis Adriani VI et Caesaris Caroli V fuerit ordo ex civitate Antverpiensi expulsus ob haeresim Lutheri, quam tunc fratres istius monasterii sectabantur; ob quam et tunc quidam combusti sunt. Quae memoria non putatur hoc rerum statu renovanda; alloboratur tamen, ut admittantur[1].

Sunt etiam duo collegia Societatis Jesu : unum, quod ab aliquot mensibus a civitate impetrarunt, ibique scholas suis exercitiis aptant; alterum, quod habuerunt ab annis circiter quadraginta. Hi patres incredibilem in hac civitate faciunt fructum catechisando per octo aut novem in hac civitate loca,

[1]) Ils furent admis en 1607 ; voyez Diercxsens, *Antverpia Christo nascens et crescens*, VII, p. 14 et suiv.

administrando sacramenta poenitentiae et Eucharistiae; suppeditant enim in solemnitatibus subinde 28 aut 29 confessarios in variis idiomatibus. Docent tres lectiones theologicas in gratiam seminarii episcopatus Antverpiensis. Habent celeberrimas scholas humanioris litteraturae, in quibus sunt discipuli 500 et amplius; quos tam in pietate quam litteris exercent. Variis etiam in locis concionantur; de rebus dubiis consultantibus semper sunt parati. Sunt autem in hoc collegio personae 60, inter quos 20 laici, reliqui patres aut professores.

Fratres Alexiani habent conventum septem religiosorum, qui se mortuorum corporibus sepeliendis dedicarunt, bene ac laudabiliter viventes ac regulam suam probè observantes.

XXVIII. Inter monasteria monialium primum est xenodochium, quod vocatur sanctae Elisabethae; in quo sunt moniales viginti professae, duae novitiae, una nondum vestita. Quae profitentur regulam sancti Augustini, et praeter tria vota substantialia addunt et quartum, quo obligantur praestare operam suam omnibus infirmis utriusque sexus eo venientibus, qui subinde sunt 300 aut 400; quibus illae cum magna charitate et sollicitudine exhibent opera misericordiae. Regitur a superiore, quam vocant *matrem*. Cura animarum administratur per quemdam sarcerdotem saecularem. Subsunt ordinario, qui singulis annis per se vel deputatum audit computum cum deputatis ex parte magistratus; qui, si quid desit ad sustentationem monialium aut infirmorum, supplet ex aerario publico. Haec domus bis ab episcopo visitata inventa est bene instituta et regularis disciplinae observans, una dumtaxat aut altera ob rebellionem castigata.

Monasterium Albarum Sororum institutum sub regula sancti Augustini; habetque sorores professas viginti, novitias duas, quae aluntur partim monasterii exiguis proventibus, partim piorum eleemosynis, partim opera manuum; quae licet institutae sint propter filias poenitentes, quae aliquando naufragium passae sunt suae virginitatis, tamen laudabiliter valde

vivunt, ita ut multas etiam virgines exemplo suo provocent. Subsunt ordinario et confessarium habent sacerdotem saecularem.

Monasterium Nigrarum Sororum, ordinis et regulae sancti Augustini, quae etiam professionem faciunt trium votorum essentialium, ac peculiariter destinantur, ut assistant aegrotis, etiam in domibus privatis extra monasterium. Hae sunt numero quatuordecim professae, et vivunt ex fundationibus et eleemosynis, quas recipiunt pro labore infirmis impenso.

Monasterium, quod vocatur *Ter Nonnen*, profitetur regulam sancti Augustini secundum constitutionem sancti Victoris[1]. Sunt numero viginti tres ac una insuper novitia. In visitatione ultima deprehendit episcopus eas valde stricte observare regulam et statuta sua sine tamen debita clausura, quam angustia et incommoditas loci non patitur. Hoc tamen agit episcopus, ut clausura servetur, quantum constitutio loci ferre potest. Emerunt autem hac aestate aliquot fundos vicinos, ut paulatim locus aptetur ad loca regularia facienda et clausuram servandam.

Monasterium monialium vulgo *Ter Siecken*, quod fundatum est, ut subveniat lepra infectis. Hoc monasterium amplum fuit extra civitatem, sed, durantibus hisce bellis, translatus est in civitatem in locum satis angustum. Sed amplissimum hac aestate emerunt fundum vicinum. Religiosae professae numero sunt decem.

Monasterium vulgo *De Luythagen*[2], sub tertia regula sancti

[1]) Ce monastère était primitivement situé hors ville, non loin de la porte de Saint-Georges. Il fut rasé par ordre du magistrat pour empêcher que les troupes gueldroises, sous le commandement du fameux Martin Van Rossem, ne s'y rétranchassent. Le couvent de Ter-Zieken, le béguinage et la Chartreuse, situés également en dehors des remparts, subirent le même sort (au mois de juillet 1542).

[2]) Le hameau *de Luythagen* est mieux connu aujourd'hui sous le nom de *Vieux-Dieu*. Une chapelle indique encore l'emplacement de l'ancien couvent.

Francisci. Ordinario subsunt. Habitant in domo privata in ipsa civitate, quod monasterium proprium extra civitatem situm per haereticos sit deletum. Hic moniales sunt novem professae, una novitia. Quae vivunt opera manuum suarum et servant regulam sine clausura, quod locus idoneus non sit. Captat episcopus occasionem, ut moniales loci illius cum bonis transferat in aliud monasterium reformati ordinis (quod sperat futurum brevi) Antverpiae, vel Annuntiatarum, ut vocant, vel monialium ordinis Carmelitarum reformati.

Est et congregatio quaedam Beghinarum, ut vocant; ad quam sese conferunt tam virgines quam viduae, quae saeculi voluptates et illecebras fugere cupiunt, habitu monastico indutae, habentes votum temporariae castitatis et obedientiae, quamdiu in loco sunt, viventes singulae in suis aedibus privatis suisque expensis. Locus est muris cinctus cum ecclesia in medio; habentque certas regulas et statuta, quibus cum magna devotione et proximi aedificatione continentur. Estque illarum numerus centum et viginti quinque; pluresque futurae essent, si locus caperet; qui tamen ante duos annos sex domibus auctus est, et adhuc brevi augendus speratur. Subsunt ordinario et reguntur a pastore, qui et capellanos habet, et rectricibus tribus.

Aliud insuper monasterium virginum est perpetuam clausuram servantium ordinis sanctae Clarae de Observantia; in quo sunt virgines sexaginta quatuor professae, inter quas novem sorores extra claustrum agentes. Singulari pietate praecellentes vivunt ex eleemosynis, et subsunt Franciscanis.

Denique ultimum monasterium [Sororum] Grisearum tertii ordinis sancti Francisci, quae ex fundationibus vivunt, suntque numero quadraginta et una, inter quas sunt octo novitiae. Bene reformatae. Subsunt Franciscanis et clausuram stricte servant.

Ultimum monasterium est, quod vocatur *Facuwez*, ordinis sancti Augustini; in quo religiosae sunt quadraginta professae, tres novitiae. Subsunt superioribus ordinis canonicorum regu-

larium sancti Augustini. Servant clausuram continenturque in bona disciplina.

Haec omnia monasteria ac templa tam monachorum quam monialium, licet ab haereticorum rabie multa passa sunt, multum tamen sunt restituta ac in dies amplius restituuntur.

XXIX. Est in eadem dioecesi abbatia sancti Bernardi, ordinis Cisterciensis, duobus milliaribus a civitate Antverpiensi distans, mensae episcopali Antverpiensi incorporata. Fuit hoc monasterium quondam pietate, disciplina monastica, divitiis, structura, loci situ et amplitudine, celeberrimum, sed nunc funditus haereticorum furore eversum, et, partim ob malam administrationem monachorum , sede vacante, partim quod ab hostibus fuerit spoliatum, et praecipua omnia bona haereticorum subjacent contributioni, et ipse locus monasterii, ut et tota diocesis, haereticorum excursioni sit subjectus, coacti fuere praedecessores episcopi aptare monachis locum in dioecesi Mechliniensi in domo quadam privata ad ipsum monasterium spectante, dicto *Coolhem*[1], ubi nunc sunt sub priore in regulari observantia; suntque numero viginti sex. Est autem notandum, quod episcopus invenerit monasterium hoc in miserrimo statu, tam in spiritualibus quam temporalibus. In spiritualibus nulla erat disciplina monastica; officium divinum raro et indebite fiebat, vacabant monachi discursionibus et compotationibus, aliisque scandalis bonos offendebant. In temporalibus erat monasterium obaeratum plus quam 38 millibus florenorum, praeter annuos redditus, quibus gravatum est, ascendentes ad summam 2500 florenorum. Praedecessor enim moderni episcopi dicti monasterii a mensa episcopali, contra bullam Pii quarti sub beneplacito quidem Sedis Apostolicae, quod numquam intervenit, fecerat quamdam dimembrationem, assignatis episcopatui certis bonis, et administratione bonorum monasterii totius relicta cuidam religioso, qui tam male illud administravit,

[1]) Coolhem est un château situé à Puers. Il servit souvent de résidence d'été aux évêques d'Anvers.

ut dictum monasterium praedicta summa aeris alieni gravatum fuerit; qui si ulterius in dicta administratione continuasset, certum erat periculum eversionis tam dotis episcopalis quam monasterii. Sed episcopus tam in temporalibus quam spiritualibus exhibuit remedium. Facta enim visitatione, invenit quosdam religiosos male moratos, a veteri jam consuetudine vitae regularis alienos; ex quibus quosdam dimisit ad alia monasteria; et assumpsit ex monasterio Villariensi duos venerabiles, pios ac probos viros, quorum unum constituit priorem et alterum dispensatorem; quorum opera suisque variis admonitionibus et industria profecit, ut tota facies ipsius monasterii sit immutata, ita ut in eo jam disciplina monastica exacte servetur, ac officium divinum summa cum pietate ibidem celebretur, ita ut in illis nulli monasterio ordinis ejusdem cedat in Belgio. Ratio etiam temporalium tota immutata est. Annullata enim dimembratione a praedecessore suo facta, episcopus sibi totam administrationem assumpsit; quo tantum spatio triennii effecit, ut plurima debita solverit, et tam seipsum quam monasterium honeste sustentaverit.

In hac unionis bulla tres occurrunt difficultates, quas supplicat episcopus declarari. Una est, quod dicantur bona monasterii unita mensae episcopali, ita tamen quod solitus numerus religiosorum ac eleemosynae non minuantur. Quod cum hoc rerum statu impossibile sit, potissimum everso monasterio ac bonis sub hostibus existentibus, vellet declarari episcopus, quantum ex bonis monasterii possit in usum suum convertere, pro majori securitate conscientiae suae.

Altera est, quod cum dicatur episcopo Antverpiensi committi omnem administrationem tam in spiritualibus quam temporalibus, cujusque licentia desuper minime requisita, an non per ista verba intelligatur monasterium exemptum a visitatione superiorum ordinis; quod optat episcopus declarari ad multas evitandas difficultates, quae occasione talium visitationum occurrerunt, ac potissimum schismata, dum unus monachus

adhaereret superioribus ordinis, alter episcopo; nec enim expediat unum monasterium duo habere capita, et multo minus episcopum ab abbate visitari; quod fieret, si monasterium sancti Bernardi subjacens episcopo deberet visitari ab abbate superiore ordinis.

Tertia difficultas circa eamdem bullam est, an bona monasterii, quae sive per religiosos, sive per praedecessores episcopi sunt divendita, alienata aut gravata sine consensu Sedis Apostolicae, interveniente solo consensu aut superiorum ordinis Cisterciensis, aut ipsius ducis Brabantiae, de jure subsistat, cum omnia bona praedicti monasterii sint unita mensae episcopali ipsius episcopi pro tempore existentis, et quilibet episcopus in sua consecratione solemni juramento juret se dotem seu bona sui episcopatus non alienaturum; et an praesens episcopus teneatur illa bona sine debitis solemnitatibus alienata tamquam deperdita ratione sui juramenti a possessoribus repetere et recuperare?

XXX. Habet episcopatus Antverpiensis sub se sex oppida : Liram, Herentallam, Bredam, Bergham super Zomam, Steenbergham et Willemstadt.

Oppidum Liranum bis visitavit modernus episcopus. In eo est collegiata ecclesia et parochialis, dedicata in honorem sancti Gummari, confessoris, habens decanatum, et canonicatus et praebendas duodecim, multasque capellanias, juris patronatus ducis Brabantiae. In ea unica tantum fuit dignitas, videlicet decanatus, quae confertur a principe. Decanus habet curam animarum totius cleri. In eadem ecclesia erexit modernus episcopus alteram dignitatem, quae est cantoratus, electivam suffragiis canonicorum residentium. Praebendae omnes liberae sunt. Canonici, exceptis duobus, omnes resident. In visitatione cognoscens episcopus, quod capitulum non haberet statuta certa, dedit ei statuta conformia decretis concilii Tridentini.

Fabrica ecclesiae insignis est, fuitque aliquando celeberrima

ecclesia in officio divino ac multitudine cleri; sed hisce bellorum tumultibus multum depauperata est, adeo ut tantum fere canonici illic nunc resideant.

Instituit in eodem oppido catechisationem puerorum. Populus plane catholicus est bonus et simplex, per praesidia militaria multum oppressus.

Pastor in civitate unicus est, atque is tantum vicarius temporalis; pastoratus enim incorporatus est mensae capitulari.

Est in eodem oppido praeclarum monasterium Carthusianorum, quod furorem bellicum integrum adhuc evasit, novem habens religiosos bene institutos.

Sunt et monachi Cellitae seu Alexiani, qui mortuorum corporibus sepeliendis destinantur, ut et Antverpiae.

Est et abbatia monialium ordinis Cisterciensis, quae vocatur *Nazareth*; quae ex vicino loco diruto migravit in civitatem in domum privatam. Moniales sunt quadraginta, observantissimae regularis disciplinae, excepta clausura, quam ob angustiam domus servare non possunt debitam. Subsunt superioribus ordinis Cisterciensis[1].

Monasterium monialium in Syon, tertii ordinis sancti Francisci, in visitatione deprehendens episcopus carere debita clausura, curavit cum maximis difficultatibus eamdem servari. Sunt moniales boni nominis et numero circiter quinquaginta; quae vivunt magna ex parte ex minervalibus puellarum, quas instituunt. Disputatur inter superiores ordinis sancti Francisci, cui subsint, cum in fundatione authoritate apostolica subdantur ordinario, in privilegio vero ordinis sancti Francisci videntur subjici Franciscanis; quod placebit etiam Sedi Apostolicae declarare.

Est et hospitale infirmorum, quod regitur a matre et octo monialibus, quae profitentur regulam sancti Augustini. Monasterium vero bona dote et aedificio praestat. Hoc visitans epis-

[1]) Voyez *Analectes*, I, p. 113.

copus intellexit longo tempore cum laicorum scandalo maximam esse inter moniales dissentionem; sed mutatione nominis ipsius superioris, quae prius vocabatur domina, in matris nomen, et monialium, quae prius vocabantur domicellae, in nomen sororum, adhibitis etiam aliis quibusdam mediis, discordiam sedavit. Subsunt ordinario.

Sunt et moniales, quae vocantur Nigrae Sorores, ejusdem instituti cum iis, quae Antverpiae sunt, numero tres aut quatuor.

Est et beghinasium, congregatio ejusdem instituti cum Antverpiensibus; in quo invenit episcopus circiter octoginta beghinas admodum bene institutas.

XXXI. Oppidum Herenthalla unicam habet ecclesiam parochialem, dedicatam in honorem sanctae Waldetrudis; habens dumtaxat unum pastorem et unum capellanum; cum sint ibi plures capellaniae fundatae, ob earum tenuitatem et sacerdotum inopiam nemo invenitur, qui residere possit aut velit.

Hoc oppidum ab annis triginta nullus intraverat episcopus ob periculum, quod via hostium excursionibus infestata accessum prohibet. Sollicitus tamen modernus episcopus, ut gregem suum ibidem invisere posset, magno pretio comparavit sibi ab hoste salvum conductum, quo munitus anno superiori oppidum visitavit, ibique brevi temporis spatio tam ex ipso oppido quam pagis vicinis adventantes confirmavit ultra decem hominum millia.

Oppidum continuis praesidiis militaribus, et bina hostium incursione pro majori parte dirutum et vix una domus integra est. Populus catholicus est et antiquae simplicitatis. Communicantes sunt circa 800 cives.

Est etiam hic conventus ordinis sancti Francisci, in quo invenit quinque religiosos. Monasterium ab hoste dirutum pro majori parte jam est restauratum.

Monasterium unum monialium ordinis Praemonstratensis, quod vocatur *Hortus conclusus*; in quo erant moniales triginta

et octo optime in vita regulari et clausura institutae. Subsunt superioribus ordinis Praemonstratensis[1].

Est etiam hospitale ejusdem instituti cum Antverpiensi; in quo erant septem moniales tenuiter viventes, sed cum magna charitate civibus et militibus assistentes; ubi episcopus, audito computu, etiam temporalium administrationis rationem diligenter examinavit.

Fuit aliquando in una parte oppidi magnum beghinasium, ubi residere solebant ultra trecentae beghinae; sed illud haereticorum rabie deletum est[2] ac nunc translatum in aliam partem civitatis; in qua est exstructum novum templum. Est locus Beghinarum habitationi accommodatus; suntque in praesenti ultra septuaginta.

In hoc oppido sunt octo capellae cum piis fundationibus institutae; quatuor ad viros seniores pauperes alendos, quatuor ad mulierculas.

In hoc oppido ante visitationem nullum erat altare consecratum; omnia enim altaria quinquaginta numero erant violata. Quae omnia episcopus ut et novam ecclesiam in beghinasio consecravit. Monumenta piarum fundationum propter binas direptiones illius oppidi fere omnia perierunt, nec earum a triginta annis vix auditi computus. Praescripsit episcopus [modum sive media] paulatim ea omnia recuperandi.

[1]) Voyez *Analectes*, I, p. 115, note. Les bâtiments du *Jardin-Clos* servaient, avant l'érection du monastère, d'habitation seigneuriale au sire de Crainhem, margrave du pays de Ryen, qui, par suite de la cession d'Anvers au comte de Flandre en 1357, transféra sa résidence d'Anvers à Herenthals.

[2]) Les Archives générales du Royaume possèdent depuis quelques années une collection de plans des différentes villes des Pays-Bas. Le plan de Herenthals, exécuté en 1558 ou environ, indique le béguinage en dehors de l'agglomération actuelle de la ville. Il était situé à proximité de la Nèthe, à droite de la chaussée de Lichtaert et vis-à-vis du *Nieuwland*, nom sous lequel on désignait la partie de la ville située au-delà de la petite Nèthe, mais en deça du fossé extérieur et à gauche de la chaussée de Lichtaert. L'emplacement était vaste et entouré de fossés de tous les côtés. Il avait une superficie au moins double de celle du nouveau béguinage, qui existe encore aujourd'hui. La reconstruction du nouveau béguinage fut commencée en 1596; en 1599, on jeta les fondements de la nouvelle église.

XXXII. Breda oppidum occupatum ab haereticis, in quo est quidum perniciosus apostata, licentiatus theologiae, quondam decanus christianitatis sub archiepiscopatu Mechliniensi[1], qui illecebris carnis a quadam concubina illectus primo ad lutheranismum, nunc ad calvinianismum defecit; qui scriptis et verbis multos haeresi inficit. Suntque ibi alii ministri haeretici, qui paulatim totum populum antea valde catholicum peste sua inficiunt.

In hoc oppido est ecclesia collegiata bene dotata, habens decanum et duodecim canonicos multosque capellanos; sed, cum in loco residere non possint, alibi de aliis etiam beneficiis provisi resident.

Duo adhuc in oppido sunt sacerdotes : unus qui aliquando fuit pastor et canonicus, et alter canonicus. Hi tolerantur cum ea conditione, ut nullum officium sacerdotale exercere possint sub gravibus poenis.

Munimenta ecclesiae tuto apud viros bonos asservantur.

Sunt in eodem oppido duo monasteria monialium : unum ordinis Praemonstratensis, alterum *het nieuwe Clooster*, ordinis sancti Augustini; quae subsunt ordinario, ac numero jam sunt novem; ex quibus una nuper defecit, et militi haeretico nupsit. Nulla habent exercitia verbi Dei aut sacramentorum; a duobus annis non audiverunt sacrum Missae officium.

Ex hoc oppido cives (non tamen sine periculo) invisunt subinde templa in pagis, ubi exercitium est religionis catholicae ad audiendum verbum Dei et sacramenta Ecclesiae suscipienda.

1) Henri Boxhorinck ou Boxhorninck, né à Bruxelles, avait obtenu la 25e place à la promotion de la Faculté des Arts qui eut lieu à Louvain en 1568. Il était doyen du chapitre de Saint-Germain, à Tirlemont, pléban de la ville et doyen du district. Il quitta Tirlemont en 1578, et apostasia à Warmskirchen, au pays de Clèves. en 1587. Voyez Bets, *Histoire de Tirlemont*, I, p. 183.

XXXIII. Berghizomense oppidum occupatum a seditiosissimis hostibus haereticis. In hac civitate nullus est sacerdos, nec ullum plane, ne quidem clandestinum, permittitur religionis catholicae exercitium.

In hoc oppido est ecclesia collegiata fundata in honorem sanctae Gertrudis, habens decanum et duodecim canonicos, qui, cum residere in eo loco non possint, alibi provisi resident.

De statu hujus ecclesiae et Bredanae supradictae non potest episcopus bene informari, quod praetendant se exemptas tamquam ecclesias secundarias Leodienses, quales ante erectionem episcopatus Antverpiensis fuerunt. Cujus etiam difficultatis decisionem optaret episcopus aliquando habere a Sede Apostolica.

Est et hic beghinasium et monasterium Nigrarum Sororum; quae cum plane sint eversa et vix ullae moniales supersint, non potest episcopus earumdem statum cognoscere.

XXXIV. Est et oppidum de Steenberghen, quod ab haereticis occupatur, qui ibi nullum catholicae religionis exercitium permittunt. In hoc una tantum est ecclesia parochialis.

XXXV. Oppidum de Willemstadt in finibus diocesis Antverpiensis, quod a principe Auriaco, celebri catholicorum persecutore, nomen habet, ita gemit sub haereticorum servitute, ut non tantum catholica fides inde exulare debeat, sed et nomen illius execrabile sit apud illius incolas, nautas videlicet barbaros et ferocissimos.

XXXVI. Paulo ante hoc bellum instructum est in pago de Lilloo amplissimum fortalitium in ripa fluminis Scaldis, duobus tantum milliaribus a civitate Antverpiensi distans, quo illa quasi perpetuo obsidetur. Habent enim ibi hostes ordinarie praesidiarios sexcentos aut septingentos milites, qui advigilant, ne aut catholici ex Hollandia devotionis ergo, aut ad suscipienda sacramenta Antverpiam, aut ne ex hisce partibus potissimum catholici sacerdotes in Hollandiam vadant.

XXXVII. Habet dioecesis Antverpiensis quatuor decanatus christianitatis, qui singuli sub se habent 36 aut 37 pagos[1]. Decanis autem incumbit cura pastorum et ecclesiasticorum sub suo districtu degentium, illorumque officium est ecclesias visitare, computus fabricae, mensae sancti Spiritus, hospitalium, aliarumque piarum fundationum audire, defectus ecclesiasticorum et aliorum scandalose viventium episcopo aut illius curiae spirituali denuntiare, jurisdictionem episcopi tam inter laicos quam ecclesiasticos defendere.

XXXVIII. Primus decanatus est districtus Lyrensis, [in quo] sita esse solent tria monasteria, videlicet abbatia monachorum sancti Bernardi, abbatia monialium de Nazareth et monasterium de Luythagen. Sed de his et quando ad alium locum translata sunt, supra dictum est.

Populus sub hoc districtu pro majori parte catholicus est, et ubique exercetur catholica fides, soluto hosti tributo; sed propter raritatem pastorum plerique inserviunt duobus pastoratibus, quidam tribus.

XXXIX. Decanatus Herentalensis sub se habet monasterium *Ten Troone*[2], canonicorum regularium sancti Augustini. Hoc pro majori parte haereticorum rabie dirutum est, et monachi cum suis bonis translati sunt Lovanium ad monasterium sancti Martini, ejusdem ordinis, in diocesi Mechliniensi; quod cum factum sit sine authoritate ordinarii, sine consensu, imo cum contradictione patroni contra concilii Tridentini decreta prohibentia uniones fieri ad ecclesias extra diocesim constitutas, non adhibitis etiam aliis debitis solemnitatibus, quae in hujusmodi unione aut translatione requiruntur, supplicat episcopus, ut nuntio apostolico in partibus, aut ordinario, ut hanc unionem aut translationem, constito de praedictorum veritate, annullent nullamque esse declarent, commit-

[1]) Voyez notre article : *L'organisation du diocèse d'Anvers sous l'épiscopat de Sonnius*, 1570-1571, *Analectes*, III, p. 40.

[2]) Voyez *Analectes*, I, p. 116, note.

tatur; et religiosos vel ad ipsum monasterium antiquum, aut certo ad dioecesim Antverpiensem compellat, potissimum cum in nulla dioecesi totius Belgii pauciora sint monasteria quam in Antverpiensi.

Anno superiore episcopus existens in oppido Herentalensi convocaverat omnes illius districtus pastores, simulque rectores fabricae et mensae sancti Spiritus et hospitalium. Invenit autem populum istius districtus esse passim catholicum et paucos inter illos esse haereticos; estque huic districtui inter ceteros satis bene provisum de pastoribus, licet ex illis multi duos administrent pastoratus.

Est sub hoc districtu municipium de Turnhoudt, multitudine incolarum superans praedicta duo oppida posteriora. Hic est ecclesia collegiata, habens decanatum et duodecim praebendas. Ob tenuitatem proventuum resident tantum decanus, qui simul pastor est, et quatuor canonici.

Est in hoc municipio congregatio Beghinarum viventium valde honeste; quae numero sunt viginti septem, sub pastore saeculari.

Magistratus loci aedificat hospitale, ac jam fundationem fecit ad sustentationem quatuor monialium, quae hoc hospitale administrent, ut dictum est fieri Lirae et Herentallae.

XL. Decanatus Bredani districtus habet sub se celebre municipium Hoogstratae (quod quidam inter oppida Brabantiae numerant). Hic collegium est octo canonicorum cum decano; quarum praebendarum collator est comes Hoogstratanus et capitulum Antverpiense; sed, cum praebendae sint admodum tenues, residet ibidem decanus cum tribus canonicis, quorum unus est pastor ejusdem loci. Officium ob paucitatem sacerdotum, et quod ecclesia potius castrum videatur quam domus Dei, valde sobrie fit.

Est in hoc municipio monasterium monialium primae regulae sancti Francisci, quas Deus in medio haereticorum tumultuantium et bellorum tempestatibus quasi miraculose servavit. Sunt in eo moniales circiter viginti valde piae et devotae.

Est in eodem municipio beghinagium, in quo duae aut tres adhuc supersunt.

Pagi hujus districtus plerique sunt amplissimi, quorum quidam incolas habent ultra 2000 aut 3000, quidam 900 aut 800 communicantes.

In hoc districtu quidam pagi sunt, qui nullum habent pastorem, quod ecclesiae dirutae sint, aut ita vicini ipsi mari, in quo haeretici in suis navibus continuas agunt excubias, ut propter maximas persecutiones ibidem habitare non audeant. In quibusdam vero pagis haeretici admittunt conciones catholicas, sed nullo modo sacrificium Missae aut administrationem sacramentorum, baptismo excepto, publicam.

In hisce pagis haereticorum vicinitas episcopum sollicitum facit, ut doctissimos habeat pastores ob continuas concertationes, quas habent cum haereticis, ut confirment catholicos.

XLI. Quartus decanatus est districtus Berghizomensis, qui habet etiam plures pagos amplissimos; sed horum omnium miserrimus est status. Cum enim districtus hic sit vicinus omni ex parte flumini, ad quod naves hostiles appellunt, fit, ut totus tractus circa ripam fluminis maxime infestus sit haeresi, suntque homines in locis aliquibus barbari et athei. Totus hic districtus undecim tantum habet pastores, tum propter inopiam sacerdotum, tum propter pericula et persecutiones, quas patiuntur ab haereticis, tum ob tenuitatem proventuum pastoralium illius regionis, tum etiam quod multis in pagis templa sint deleta[1].

[1]) Les sectaires détruisaient de préférence les chœurs des églises. Avant la trêve de 12 ans (1609-1621), aucune église rurale de la province d'Anvers n'avait été épargnée. Les visites décanales de l'époque prouvent ce fait à l'évidence. Les églises des petites villes subirent le même sort, et les plus beaux monuments furent endommagés. Ainsi, par exemple, le chœur de la belle église ogivale de Herenthals fut en partie démoli et l'église elle-même pillée pendant l'occupation de la ville par le parti calviniste (1579-1584). Les auteurs de ce méfait appartenaient à des familles qui, après que les calvinistes eurent abandonné la ville, redevinrent catholiques de nom Ces dé-

Miserrima istius districtus facies; eique episcopus, durante hoc rerum statu, parum remedii adhibere potest, nisi quod sperat intra aliquot annos in suo seminario posse formare pastores, quos ad illa loca destinabit.

Est in hoc districtu monasterium Guilelmitarum dictum Huybergen, plane dirutum. In eo residet unus monachus, qui simul cuidam pastoratui deservit.

Est insuper monasterium ordinis sancti Augustini in pago de Westmal[1]; in quo moniales sunt septem, quae hactenus vixerunt Antverpiae, nisi quod hac aestate sub tributo hosti numerando rediverint ad suum monasterium, quod Antverpiae ob tenuitatem proventuum vivere non possent.

XLII. Notandum quod ob hostium excursiones, militum devastationes, grassationem pestis, templorum exustiones, incolarum fugam, quibus calamitatibus pagi et minora oppida per annos jam fere triginta hic affliguntur, maxima pro parte omnia munimenta, in multis locis bona tam ipsorum beneficiorum quam fabricae et piarum fundationum perierunt. Nec de ipsis debita potest fieri inquisitio, quod hostis resciscens aliquid pertinere ad ecclesiam aut pias fundationes illud statim aut suo fisco applicandum arripiat, aut maximis exactionibus gravet.

Advertendum insuper, quod diligenti episcopi et piorum hominum opera in illis locis paulatim templa restituantur, ac fundationes multae recuperentur, pietas ac devotio augeatur. Imo omnino existimat episcopus, si copia esset sacerdotum et bonorum pastorum, hostiumque excursio desineret, quod

tails nous sont donnés par les décimateurs mis en demeure de reconstruire l'église au commencement du XVII[e] siècle. Ils prétendaient que les démolisseurs de l'église, qui vivaient encore, étaient tenus avant eux à la reconstruction du chœur, d'autant plus qu'ils appartenaient à des familles aisées dont quelques membres faisaient même partie du magistrat et qu'ils s'étaient enrichis en dépouillant l'église. *Archives de Herenthals.*

[1]) Lisez : *Oostmal.* Les religieuses d'Oostmal se retirèrent plus tard à Anvers, où elles furent nommées *Oostmallen.* Leur couvent est habité aujourd'hui par les pères Capucins.

facile totus populus passim, qui natura ad religionem catholicam propensus est, ad antiquam, imo ad ferventiorem pietatem restitueretur. Ad quod ut suis favoribus ac larga benedictionis suae manu adjutricem operam praebeat Sua Sanctitas, supplicat humillime dictus episcopus, ut episcopatus Antverpiensis sub Paulis Pontificibus et initium et restitutionem se accepisse merito gratulari sibi possit.

Episcopus ad ecclesiam Antverpiensem promotus est anno 1603[1], die 18 martii, consecratus vero eodem anno, ultima maii ; ac secutus ordinationem, quae est in rubricis pontificalibus a felicis recordationis Clemente VIII reformatis, qua dicitur, quod episcopi Belgae teneantur singulis quadriennibus visitare limina beatorum apostolorum Petri et Pauli, bona fide existimavit illud tempus tantum esse computandum a die consecrationis. Verum ante unum mensem videns constitutionem Sixti V, declarantis illud tempus debere numerari a die ultimae visitationis per praedecessorem factae, statim ad visitationem illam per procuratorem, cum per se non posset, faciendam se accinxit. Proinde supplicat humiliter Sanctitati Vestrae, ut eum ab omnibus censuris, si quas forte hoc nomine incurrerit, absolvere dignetur, potissimum cum habeat non injustam ignorantiae causam, quod videlicet bullae pontificiae raro ad eas partes deferuntur ; in quo etiam providere bono Ecclesiae expediret easdem authoritate Sedis Apostolicae ad archiepiscopos publicandas mittendo.

[1]) Lisez 1604.

Archives de l'archevêché de Malines.

FONDATION DE L'ÉGLISE PAROISSIALE DE SAINT-WILLIBRORD.

L'érection d'une chapelle en l'honneur de saint Willibrord au *Sinte Willibrordsveld*[1], près d'Anvers, remonte aux temps les plus reculés. Nous pensons que le premier oratoire y fut construit vers l'année 900, peu de temps après la défaite des Normands près de Louvain, et dédié à saint Willibrord, parce que celui-ci avait prêché la foi en ce lieu, dont il avait la propriété par suite d'une donation de Rohingus et Bebelina. En beaucoup d'endroits on trouve des chapelles et des églises érigées autrefois en l'honneur des saints qui y ont vécu, prêché la foi ou possédé des biens considérables. Telle est, dans la province d'Anvers, l'origine des églises et chapelles de Malines, Lierre, Herenthals, Gheel, Santhoven, Emblehem, Wechel-ter-Zande, Milleghem, etc., dédiées à saint Rombaut, saint Gommaire, sainte Waudru, sainte Dimphne, sainte Amelberge, sainte Odrade, etc.

Papebrochius affirme, d'après Diercxsens[2], que le premier doyen du chapitre de Notre-Dame d'Anvers, Henri Nose, fonda, vers l'année 1272, un bénéfice à la chapelle de Saint-Willibrord sous le titre de *capellania*

1) La plaine appelée *Sinte-Willibrordsveld* s'étendait depuis les portes et les remparts de la ville, entre la porte de Saint-Georges et la porte Rouge, jusqu'à l'ancien territoire de la commune de Deurne, dont elle était séparée par le pâturage commun, appelé *'t Laer*. Elle reçut très probablement son nom à la suite de la donation que Rohingus et Bebelina firent à saint Willibrord au commencement du VIII[e] siècle. Elle est désignée dans l'acte de donation sous le nom de *Furgalare*, c'est-à-dire *Vogelaer*. Aubert Le Mire donne la même interprétation de ce nom.

2) *Antverpia Christo nascens et crescens*, éd. de 1778, II, p. 5.

Dominae nostrae miraculosae ad sancti Willibrordi. Comme la partie des *Annales* de Papebrochius citée par Diercxsens n'a pas été publiée et est restée inconnue, il nous est impossible de vérifier l'exactitude de cette assertion. Cependant la ressemblance de cette prétendue fondation avec celle dont nous publions l'acte ci-dessous nous fait conjecturer que Papebrochius a confondu le doyen Henri Nose avec le doyen Gilles de Wyneghem. Cette conjecture est d'autant plus fondée que les donations et le testament de Henri Nose que nous connaissons ne font aucune mention de la chapelle de Saint-Willibrord[1]. Quoi qu'il en soit, l'acte que nous donnons prouve que, lors de son érection en vicairie perpétuelle[2], l'oratoire possédait déjà deux chapellenies fondées.

La nouvelle paroisse acquit de jour en jour une plus grande importance, et, dès l'année 1441, elle obtint des fonts baptismaux[3].

La première église paroissiale, bâtie en l'honneur de saint Willibrord au faubourg d'Anvers, fut détruite lors de la malencontreuse expédition de Martin Van

[1]) Voyez Diercxsens, ouv. cité, I, pp. 300 et suiv.

[2]) On donnait le nom de *vicairie perpétuelle* aux paroisses incorporées aux chapitres, abbayes ou autres instituts ecclésiastiques, et desservies, au nom de ces établissements, par des vicaires, qui, du reste, étaient de véritables curés en ce qui concerne l'administration des sacrements et la desserte des paroisses. Les gros revenus, et parfois une partie des oblations, étaient réservés aux chapitres, abbayes, etc., qui payaient au vicaire une pension en nature ou en argent, souvent très minime. Cette pension portait le nom de *compétence.* Nous appelons l'attention du lecteur sur le rapport adressé, en 1607, au Pape Paul V, par Jean Le Mire, évêque d'Anvers, sur l'état de son diocèse et qui se trouve ci-dessus, pp. 437 et suiv.

[3]) Sanderus, *Chorographia sacra Brabantiae*, III, p. 357.

Rossem, en 1542[1]. Cet édifice se trouvait moins éloigné de la ville et plus vers le nord que le temple actuel, probablement aux environs de l'église de Saint-Amand, à Stuivenberg. Le célèbre chef des Gueldrois, arrivé devant la ville le 24 juillet, au soir, alla camper derrière l'église de Saint-Willibrord, qui lui servait de retranchement. Cet édifice se trouvait ainsi exposé au feu de la place[2]. Fortement endommagées, la tour et l'église furent rasées par les habitants de la ville, quelques jours après le départ de Van Rossem, au commencement du mois d'août de la même année, et les matériaux employés à la construction d'un fort[3]. Ils démolirent en même temps les autres maisons du faubourg et quelques établissements voisins, voulant de cette manière empêcher Van Rossem de s'y retrancher une deuxième fois. Pour le même motif, le magistrat d'Anvers défendit toute bâtisse ou construction dans un rayon de 3,000 pieds, à partir des remparts de la ville[4]. Tant était grande la crainte que

[1]) Mertens et Torfs, *Geschiedenis van Antwerpen*, IV, pp. 71 et suiv., donnent un récit très détaillé de cette expédition.

[2]) « Cives, jactis globis ferreis, multum detrimentum intulerunt parochiali ecclesiae sancti Willibrordi, retro quam sedebant Rossemiani. » Diercxsens, *Antverpia Christo nascens*, IV, pp. 91-92 ; et Loyckx, *Oorsprong en voortgang der parochiale kerke van den H. Willebrordus ;* Antwerpen, 1769, p. 30.

[3]) *Chronycke van Antwerpen*, édition de 1843, p. 41 : « Als doen begost men eerst buyten Antwerpen aff te breken den toren ende kercke van Sinte-Willebrorts, gestaen voor den Potboeck, omdat Merten van Rossem daer syn leeger gemaeckt hadde, hem daermede beschansende ; ende met de stoff begonst men aldereest te fonderen ende maecken het Blockhuys aen de Ridderpoorte (Roodepoorte ?) ».

[4]) Loyckx, ouv. cité. — Sanderus, *Chorographia sacra Brabantiae*, II, p. 361.

cet homme avait inspirée; aussi son souvenir s'est-il perpétué jusqu'à nos jours chez les habitants des villages voisins.

En 1552, on construisit une nouvelle église sur un terrain plus éloigné de la ville; elle fut détruite en 1581. Lors de la trève de douze ans (1609-1621), l'évêque d'Anvers, Jean Le Mire, songea à élever un nouveau temple à saint Willibrord, mais il mourut avant d'avoir pu mettre la main à l'œuvre. Après sa mort, Aubert Le Mire ou Miraeus fut chargé d'exécuter le projet, qu'il mena, paraît-il, à bonne fin[1]. Celui-ci fit d'abord construire une chapelle en bois pour célébrer les offices divins, en attendant qu'on achevât la nouvelle église; ce qui semble avoir eu lieu l'année suivante; du moins Diercxsens[2], Wichmans[3] et Loyckx[4] nous l'assurent. D'après les mêmes auteurs, ce troisième édifice eut le sort des deux précédents; chose d'autant moins étonnante que les armées hollandaises, à l'expiration de la trève (1621), recommencèrent leurs excursions jusque sous les murs d'Anvers[5].

Le service paroissial se faisait entretemps d'abord à la chapelle de Saint-Éloi, située à l'intérieur de la

[1]) Voyez une lettre d'Aubertus Miraeus publiée dans la *Revue d'histoire et d'archéologie*, II, pp. 178-179.

[2]) Ouvrage cité, VII, p. 82.

[3]) *Brabantia Mariana*, p. 367.

[4]) Ouvrage cité, p. 35.

[5]) V, p. 253, *ad annum* 1664 : «Consecrata est etiam nova sancti Willibrord ecclesia, eo loco exstructa, ubi ex veteri ante Hollandicam pacem ecclesia nihil supererat praeter exiguum sacellum cum reclusae unius adhaerente cellula.» Voyez une notice que nous avons publiée dans la *Revue d'Histoire et d'Archéologie* (II, p. 175-176) sous le pseudonyme de C(harles) B(ertels).

ville au Marché aux Chevaux[1]. Plus tard, c'est-à-dire en 1625, le siége de la paroisse fut transféré à la chapelle des Foulons, rue de l'Empereur. Cette même année la procession eut lieu comme de coutume[2].

Après la paix de Munster (1648), on songea de nouveau à construire une église au faubourg de Saint-Willibrord, et on mit presque aussitôt la main à l'œuvre. La première pierre du nouvel édifice fut posée par le chanoine écolâtre de la cathédrale, Aubert Vanden Eede, le 28 septembre 1649, et la nouvelle église, avec ses deux autels latéraux, fut consacrée, le 9 mai 1656, avant l'achèvement du chœur et du maître-autel[3].

D'après Papebrochius le chœur et le maître-autel furent consacrés en 1664[4].

C'est cette même église qui existe encore aujourd'hui, quoi qu'en dise l'abbé Kruger dans la : *Kerkelijke geschiedenis van het bisdom van Breda*, publiée tout récemment. L'auteur confond évidemment l'église de

1) « Placuit, ut ex sacello sancti Eligii in foro equorum, ubi celebratur officium pro ecclesia sancti Willibrordi, fiat processio in festo beatae Mariae, 8a septembris, ad excitandam majorem devotionem populi». *Actes du chapitre d'Anvers, du* 27 *août* 1621.

2) « Placuit dominis (canonicis), ut imago Mariae miraculosae, quae hactenus ex ecclesia sancti Willibrordi reposita fuit in sacello sancti Eligii in foro equorum, propter loca ibi nunc a peste infecta transferatur ad sacellum pannitonsorum capacius, ad plateam caesaream. » *Actes du chapitre, du* 16 *août* 1625. «Concesserunt domini, ut processio sancti Willibrordi imaginis miraculosae fiat per plateas proximas per circulum non minus magnum ». *Actes du chapitre du* 12 *septembre* 1625.

3) «Reverendissimus dominus consecravit ecclesiam vulgo *Sinte-Williborts* extra portas hujus civitatis in honorem beatissimae Virginis Mariae et sancti Willibrordi cum duobus altaribus lateralibus... Altare summum non fuit consecratum, eo quod sit amovendum, ubi chorus erit perfectus.» *Actes manuscrits de l'évêché d'Anvers, du* 9 *mai* 1656.

4) Ouvrage cité, II, p. 253.

Saint-Willibrord avec la nouvelle église de Saint-Joseph.

Si l'on désire de plus amples détails sur la paroisse et l'église de Saint-Willibrord, on pourra consulter l'intéressant opuscule du curé Pierre Loycx[1], intitulé : *Oorsprong en voortgang der parochiale kerk van den H. Willibrordus*, et imprimé plusieurs fois, ou la traduction latine que Sanderus a donnée de cet opuscule dans sa *Chorographia sacra Brabantiae* (III, pp. 357-363). Ce travail, communiqué à Sanderus par le curé Van Dort, successeur de Loycx, a été reproduit dans l'histoire du diocèse de Breda que nous venons de citer[2].

C.-B. D. R.

1) Pierre Loycx, d'abord caudataire de l'évêque Malderus (1627), devint bientôt son chapelain, et il était aussi protonotaire apostolique. A la mort du curé de Saint-Willibrord, Pierre Crouwel ou Cruel, décédé le 24 août 1631, il fut nommé *omnium votis* son successeur, le 29 août 1631. — *Actes du chapitre*. « L'église de Saint-Willibrord possédait autrefois un portrait de son savant curé Pierre Loycx, décédé le 30 novembre 1646 : ce portrait, dû au pinceau de François Goubau, ne se trouve plus à son ancienne place, et nous ignorons s'il est conservé aujourd'hui dans quelque dépendance de ce temple. » *Catalogue du Musée d'Anvers*, p. 358.

2) Dans la préface, l'auteur annonce qu'il citera fidèlement ses sources. Malheureusement, par inadvertance ou autrement, il l'oublie chaque fois qu'il emprunte à notre recueil des passages, voire même des chapitres entiers. Citons comme exemple : *L'organisation du diocèse d'Anvers sous l'épiscopat de Sonnius*, 1570-1571» *Analectes*, III, p. 40. Cette notice a passé, notes comprises, dans l'ouvrage néerlandais, *sans qu'il soit fait la moindre mention de son origine*, et cependant ce travail a coûté de nombreuses recherches à son auteur. Il en est de même de la plupart des corrections que l'auteur fait au *Prodromus* de Mgr De Ram. Et cependant ni *les Analectes*, ni les auteurs des articles qu'il emprunte, ne sont cités *une seule fois*. C'est bien le cas, ou jamais, de rappeler à l'auteur le « *Cuique suum.* » *Note du comité de rédaction.*

6 décembre 1235.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ego Egidius de Wineghem, decanus ecclesie beate Marie Antwerpiensis, volens et cupiens officium augmentare divinum, ob remedium anime mee, parentum meorum, omniumque benefactorum meorum, ad fundandam, dotandam et creandam, in capella beate Virginis loci sancti Willibrordi juxta Antwerpiam, capellaniam ad honorem ipsius Virginis gloriose (in qua capella Deus per merita sue sanctissime Matris miracula cotidie operatur) dedi et contuli, do et confero bona mea inferius annotata, et modo quolibet a me acquisita. In primis igitur ad fundationem dictae capellaniae contuli et confero bona mea in parochia de Bruchgheem[1] jacentia, continentia quatuor bunaria terre vel circiter, communi estimatione singulis annis valentia quatuor libras lovanienses vel circiter. Item dedi et do ad dictam capellaniam fundandam decem solidos novorum, quos habui in domo et domistadio domini Henrici dicti Vriendt et sue matris; quae domus in angulo alte plathee est sita. Item legavi ad dictam capellaniam dimidiam domum et domistadium situm in parochia de Wineghem; quod valet singulis annis duodecim solidos monete communiter currentis. Item legavi et contuli in Antwerpia in *Coporte* quatuor solidos et sex denarios novorum et unum caponem, quos michi debuit uxor Nicholai Neve. Item assignavi in *Cammerstrate* in manso, in quo manet Johannes Bossche, quinque solidos monete currentis, quos debet dictus Johannes; item in eodem vico in manso Nicholai Textoris quatuor solidos novorum et duos pullos, quos debet dictus Nicholaus; quos et ad fundationem praedictam dedi et contuli. Item ad dictam capellanie fundationem dedi et contuli, de consensu capituli ecclesie Antwerpiensis et licentia speciali, bona empta erga Nicholaum Tymari, jacentia in parochia de Bocchout, continencia novem bunaria

[1]) *Bruchgheem*, Broechem.

et octoginta virgas terre; que bona *Mephinsberch* appellantur; et custabant dicta bona octoginta duas libras et decem solidos; de quibus denariis sunt dicto Nicholao solute quinquaginta novem libre et quatuor solidi; qui denarii provenerunt de apporto et questa beate Virginis loci sancti Willibrordi predicti. Item date sunt dicto Nicholao Tymari de dictis debitis quatuordecim libre, quas Petrus dictus Bucle, clericus, ad dictam emptionem concessit; nam eidem in elemosinam collate fuerunt. Sic desunt dicto Nicholao Tymari de summa octoginta duarum librarum cum dimidia predictarum novem libre, sex solidi, quinque denarii, capienda de consensu dicti capituli de questa et apporto in dicta capella primo venturo. Et valent dicta bona septem libras parum plus vel parum minus. Item assignavi ad dictum beneficium, de dicti capituli consensu et licentia speciali, duos solidos novorum et duos pullos, quos Paulus dictus Gelke debet singulis annis in festo beati Remigii de uno bunario terre jacentis in parochia de Scoten; qui duo solidi et pulli predicti empti erant erga dominum Joannem Gallum, capellanum sepedicte ecclesie Antwerpiensis, pro tribus libris lovaniensibus ipsi de dicto apporto beate Virginis persolutis. Et sic dictum beneficium valebit quatuordecim libras parum plus vel parum minus.

Dictum igitur beneficium dedi et contuli, de consensu dicti capituli, propter Deum Petro dicto Bucle, clerico, canonice deserviendum et habendum. Qui Petrus, cum ad ordinem presbyteratus fuerit permotus, et sui in dicta capellania successores, singulis diebus, infra pulsationes misse beate Katarine et Prime in ecclesia Antwerpiensi, in dicta capella beate Virginis missam de ipsa beata Virgine vel de eo, quod Dominus eis inspiraverit, dicere tenebuntur, nisi fuerint infirmi, minuti[1], vel in negociis capituli vel ecclesie missi. Erunt nichilominus

[1]) *Minuti*, saignés. La phlébotomie ou saignée se pratiquait fréquemment à cette époque. Voyez *Analectes*, II, p. 204.

in dicta ecclesia beate Virginis Petrus predictus et in dicta capellania sui successores perpetui capellani, dantes et recipientes distributiones cum aliis capellanis dicte ecclesie Antwerpiensis, sicut ipsi capellani faciunt et facere consueverunt; et erunt ad frequentationem chori, et ad horas canonicas, ac ad subjectionem decani et capituli ecclesie Antwerpiensis predicte obligati. Hujus itaque beneficii collationem mihi, quo ciens vacare contigerit, quamdiu vixero, et uni persone post meum decessum, quam ad hoc duxero eligendum, retineo et reservo. Post cujus persone decessum dicti beneficii collatio ad dictos decanum et capitulum Antwerpiensem libere devolvatur, rogans humiliter dictum capitulum, ut premissa omnia et singula rata velit habere, et ejus consensum, quantum ipsum tangit, in premissis omnibus et singulis adhibere, et ejus sigillum cum meo proprio sigillo presentibus literis facere apponi in signum dicti consensus adhibiti in premissis.

Et nos capitulum ecclesie beate Marie Antwerpiensis predictum, premissa omnia et singula ad honorem Ecclesie et utilitatem facta esse videntes, et habentes rata et grata, eaque, quantum nos et nostram ecclesiam tangunt, libenter consentientes, presentes literas ad preces, petitionem et voluntatem dicti venerabilis viri domini Egidii de Wineghem , nostri decani, nostro et ecclesie nostre sigillo una cum suo sigillo in testimonium et robur premissorum fecimus sigillare.

Datum anno Domini m. cc. nonagesimo quinto, in festo beati Nicholai, episcopi.

Nolo tamen, quod onera Johannis Galli et Jacobi ex Curia per pretactum beneficium in aliquo minuantur, quando divina officia dicti capellani in dicta capella beate Virginis loci beati Willibrordi, ut tenentur et ut in institutione istarum capellanorum continetur, debito modo exequantur.

Datum ut supra.

Original aux archives de l'archevêché de Malines, avec les traces des sceaux du doyen et du chapitre.

Réforme du monastère de Wenau vers la fin du XV[e] siècle.

Wenau, quelquefois *Wena*, et en latin *Wenaugia*[1], dans le duché de Juliers et l'archevêché de Cologne, ne fut, à l'origine, qu'une église collégiale. En 1122, les biens de ce chapitre furent mis à la disposition de Richard, premier abbé de Floreffe. Celui-ci établit à Wenau une communauté de Norbertines, à la tête de laquelle il plaça un des religieux de l'ordre qui, sous le titre de prévôt, avait l'administration du spirituel et du temporel.

La ferveur qui avait signalé les commencements du monastère ne tarda pas à décroître; le relâchement s'introduisit peu à peu dans la communauté, et, sur les plaintes du duc de Juliers, les supérieurs jugèrent qu'une réforme était devenue nécessaire.

C'est pourquoi l'abbé de Floreffe, Gérard d'Eyck, en sa qualité de père-abbé de Wenau, délégua à Jean d'Altena, abbé de Steinfeld, les pouvoirs nécessaires pour remédier aux abus existants. Malheureusement la mort de ce dernier, arrivée en 1483, ne lui permit pas d'achever l'œuvre qu'il venait de commencer avec succès. Ce ne fut qu'en 1489 que Renier d'Euskirchen, son successeur, également délégué par l'abbé de Floreffe, mit la dernière main à la réforme. Il rédigea un concordat, portant : 1° que les religieuses garderaient la stricte

[1]) Ce monastère portait aussi le nom de Sainte-Catherine, *Sancta Catharina Wenaugensis*.

clôture avec exclusion de toute personne étrangère; qu'elles observeraient le silence aux temps et lieux prescrits par les statuts et qu'elles seraient fidèles aux trois vœux de religion; 2° que le titre de prévôt serait supprimé et que le prieur s'occuperait exclusivement de la direction spirituelle, sans s'immiscer dans le gouvernement des biens temporels de la maison; 3° que les religieuses éliraient canoniquement la supérieure, et que celle-ci aurait l'administration de la maison et des revenus qui lui appartenaient. C'est, dans la visite commencée le 15 juillet 1489, que l'abbé de Steinfeld arrêta ces dispositions, agréées par les religieuses. Le 21 mars de l'année suivante, l'abbé de Floreffe, à la demande même de la communauté de Wenau, approuva tout ce qui s'était fait. La confirmation de cet arrangement par le chapitre général de l'ordre eut lieu le 23 mai 1492.

Il paraît que cette maison avait beaucoup souffert du gouvernement des derniers prévôts qui, après s'être rendus indépendants, dissipaient les revenus par un luxe fort déplacé. La régularité y fut rétablie d'une manière si satisfaisante qu'en 1563, on tira de cette communauté les religieuses destinées à ranimer et à soutenir la piété par leurs exemples dans la communauté de Guemerod, au diocèse de Wurzbourg.

Nous donnons ci-dessous trois documents relatifs à cette réforme.

J. B.

I.

Concordatum super reformatione ecclesiae Wenaugiensis, approbatum a capitulo generali anno 1492.

15 juillet 1489.

Reinerus, Dei Providentia abbas monasterii Steinfeldensis, ordinis Praemonstratensis, Coloniensis diocesis, a reverendissimo in Christo patre ac domino Huberto, abbate Praemonstratensi, abbatumque ejusdem ordinis capitulo generali visitator in circaria Westphaliae in potestatis plenitudine constitutus, venerabilibus ac religiosis in Christo praedilectis priorissae, suppriorissae ceterisque conventualibus monasterii sanctae Catharinae Wenaugiensis, eorundem ordinis atquę diocesis, salutem in Domino sempiternam vitaeque laudabilis augmentum.

Inter cordis nostri desideria hominisque interioris affectus sapore divinae gratiae proposito id affectamus praecipue, ut status personarum utriusque sexus nostrae curae et sollicitudini commissarum de bono in melius magis magisque proficiat, ac per virtutum exercitia Altissimo placita suscipiat incrementa. Ne igitur ea, quae juste ac rationabiliter fiunt in tempore, cum tempore labantur, sed potius inconvulsa ac perpetuo stabilimento munita permaneant, (scripti testimonio robur firmitatis solent adipisci), ordinationem subscriptam pro divini nominis honore, decore domus ejus, ac animarum salute in hanc chartam conscribi fecimus, ac ut in posterum a vobis vestrisque successoribus inviolabiliter servetur pro statu felici vestrae domus pernecessarium judicavimus.

Vestrae igitur dilectioni ac universis, quorum interest, notum esse cupimus, quod, nempe anno Domini 1489, decimo quinto mensis julii, authoritate nostrae praefatae commissionis generalis, imo et specialis, quam a reverendissimo in Christo patre ac domino abbate Floreffiensi super cura vestri monasterii suscepimus, assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo filio fratre Joanne, memorati nostri monasterii suppriore, ves-

trum monasterium per visitationis januam ingressi, diligenti scrutinio et examine praehabitis, ac omnibus et singulis in utroque regimine circumstantiis ac qualitatibus diligenter attentis, experimento probabili didicimus regimen utriusque status per omnia laudabile ac in nulla parte a rectitudinis tramite ac salutari profectu deviare; cujus laudabilis structurae fundamenta ex hoc dignoscuntur huc usque saxa consistere ac reperta novella plantatio sanctae reformationis ad uberrima fertilitatis abundantiam excrevisse. Quod jam dudum venerabilis et devotus pater nostrae religionis ac ordinis insatiabilis amator, dominus Joannes de Altena, pius praedecessor noster, cujus anima feliciter gaudeat cum beatis, Altissimi favente clementia, ac illustrissimi principis magnifici ducis Juliacensis ac Montensis, domini terrae, suffultus consiliis, jussionibus ac assistentiis, accedente ad haec nihilominus consensu, ac pia voluntate praefati reverendissimi patris domus Floreffiensis, vestrum locum reformaverat ordinando pro tunc, de ejusdem principis jussione ac jurisperitorum consilio, quae ad hujusmodi pietatis negotium, prout nunc fausto probatur eventu, videbantur necessaria; sed morte praeventus scriptis commendare nequivit. Nos igitur cupiens, tanquam commissarius praefati reverendissimi domini Floreffiensis, ipsius imitator fieri in tam laudabili opere, ut tandem participes simus in retributione, ea, quae per ipsum praemisso modo ordinata fuerant, ac interim de jussione principis nostrorumque statutorum vigore a nobis necessario superaddita, ex quibus non solum religionis, verum etiam temporalitatis, prout ad oculum cernitur, notabilis sequetur profectus, in hanc chartam nostrae visitationis redegimus, ac in vestro monasterio a vobis vestrisque successoribus observari decrevimus, ac, ut inviolabiliter observetur, districte praecipiendo mandamus:

Primo videlicet, ut perpetuam arctamque clausuram, secularibus ac extraneis cujuscumque conditionis (et de jure et ex

statutis necessario permissis) penitus exclusis, cum tribus substantialibus ordinis votis, ac salutari silentio locis ac temporibus constitutis, sub poenis in nostris statutis expressis, cum ceteris coeremonialibus more laudabili monasteriorum reformatorum diligentissime ac fideliter, ut famulas Dei decet, observetis.

Secundo, pro pace, utilitate communi ac conservatione vestrae domus atque conventus, ordinamus et praecipimus per praesentes, ut ex nunc et deinceps vestri confessores prioris nomen habeant, ac praepositurae titulo ac dignitate, quae vestro monasterio dispendiosa semper extitit, ceteris inconvenientiis....., de cetero careat, nec se temporalitatis regimini quovis modo intromittat; sed solum, ut priorem decet religiosum, cum canonico ordinis sibi adjuncto, in divinis ac spiritualibus, more a tempore reformationis huc usque laudabiliter observato, provideat, seque cum fratre associato honeste ac religiose in habitu ac tonsura, ceterisque ordinis disciplinis ac moribus habeat ac regat; in communi ac de communi, omni proprietatis vitio penitus excluso, vivat; cui, prout rationis et honestatis ordo exposcet, sine murmure de singulis necessariis decenter provideatis, ac reverenter tanquam patrem ac spiritualium seminatorem tractare curetis.

Tertio, ut vester conventus ex nunc et deinceps de se et inter se, quoties necessitas coëgerit, per electionem canonicam sororem ad hoc idoneam, de superioris seu visitatoris consensu atque consilio, quae nomen et rem magistrae de cetero habeat, eligat; ipsamque sic concorditer et canonice electam superior seu commissarius visitator admittat. Ipsa denique electa et admissa, ut per hoc temporalitatis regimini, quod ad eam et interiorem conventum de cetero pertinebit, de quo et rationem secundum ordinis statuta reddere erit adstricta, et commodius per se, seu cooperatores extraneos, intendere ac curam necessariam adhibere valeat, sub se priorissam, suppriorissam ceterasque sorores officiales, quae spiritualibus praesint, ha-

beat; ac omnia et singula in utriusque regiminis cura per se, cum adjutricibus sororibus ac fideli exteriorum provisore, fideliter ac sollicite, prout expedire viderit, spe retributionis aeternae peragat atque perficiat.

Et nos Reinerus, abbas praefatus, quia praemissa de consilio ac jussione principis terrae, ac jurisperitorum, amicorumque praefati vestri monasterii, in medium producta regulari vitae ac vestri monasterii profectibus indubitanter novimus profutura, ea de cetero sic servari ac fieri tenore praedictorum praecipiendo districte mandamus, salvo per omnia consensu ad haec accedente reverendissimi domini Floreffiensis, vestri superioris ac patris abbatis, cujus nos vices in praemissis atque consimilibus utilitatem et decorem vestrae domus concernentibus nos gerere ac gessisse, prout nobis commiserat, fatemur; cujus paternitati in praemissis praejudicium aliquod generari omnino nolumus atque prohibemus, cavemus. In quorum testimonium nostrae abbatiae sigillum praesentibus est appensum.

Et nos priorissa, suppriorissa, ceteraeque conventuales monasterii Wenaugiensis, ordinationem praemissam per omnia ratam ac gratam habemus, eam approbamus et ratificamus, ipsamque nostro pro modulo fideliter servare promittimus. In quorum testimonium nostri conventus sigillum sigillo reverendissimi patris domini Reineri, abbatis Steinfeldensis, visitatoris praefati, est subappensum.

Actum et datum anno, mense ac die quibus supra.

II.

Ratificatio reverendissimi domini Gerardi, abbatis Floreffiensis.

21 mars 1490.

Universis et singulis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis Gerardus, permissione divina abbas monasterii

Floreffiensis, Praemonstratensis ordinis, Leodiensis dioecesis, ac ecclesiae sanctae Catharinae in Wenaugia, ordinis praedicti, Coloniensis dioecesis, pater abbas, salutem in Domino sempiternam et praesentibus fidem indubiam adhibendam.

Universitati vestrae notum facimus per praesentes, quod nos, ad nostrae religionis augmentum, et praesentem ob utilitatem, profectum et honorem ecclesiae Wenaugiensis antedictae, necnon animarum salutem personarum ejusdem, devotis postulationibus spectabilium personarum, signanter illustrissimi principis ducis Juliacensis ac reverendi patris in Christo domini Reineri, abbatis Steinfeldensis, ac aliorum bonorum virorum, nostri ordinis zelatorum, favorabiliter inclinati, nec non ad specialem intercessionem et instantiam totius conventus ecclesiae Wenaugiensis praedictae, reformationem et clausuram per reverendum in Christo bonae memoriae dominum Joannem, abbatem Steinfeldensem, in monasterio praedicto Wenaugiensi dudum inchoatas, ac nunc per reverendum patrem etiam in Christo dominum Reinerum, abbatem ecclesiae Steinfeldensis, nostros in hac parte commissarios, ad effectum debitum cum Dei adjutorio perductas, atque omnia et singula reformationem et clausuram praedictas concernentia in his litteris, quibus nostrae praesentes transfiguntur, designata et contenta laudantes et approbantes, authoritate nostra paterna eadem ratificamus et in Dei nomine confirmamus perpetuo valitura, omnibus et singulis commissariis seu visitatoribus ordinis devote supplicantes, quatenus omnia et singula laudabiliter, ut praemittitur, per antedictos patres ordinata et per praedictas sorores ad observandum sponte assumpta, ab omnibus tam praesentibus quam futuris faciant inviolabiliter observari, salva semper authoritate nostra paterna, quam in praetacto monasterio Wenaugiensi dignoscimur habere. In cujus rei testimonium sigillum nostrae abbatialis dignitatis praesentibus litteris jussimus appendi.

Datum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo, mensis martii vigesima prima.

III.

Confirmatio capituli generalis.

23 mai 1492.

Universis praesentes litteras inspecturis, Hubertus, permissione divina Praemonstratensis abbas, abbatumque ejusdem ordinis capitulum generale, salutem in Domino. Cum nobis pariter in generali nostro capitulo congregatis inter alia nostri ordinis tractanda vidimus et audivimus nonnullas ordinationes in augmentum et honorem nostri sacri ordinis Praemonstratensis per venerabilem confratrem nostrum Reinerum, abbatem Steinfeldensem, in monasterio sororum Wenaugiensium, nostri praetacti ordinis Praemonstratensis, Coloniensis dioecesis, quod pro tunc authoritate nostra visitavit, factas in statutis nostri ordinis discrepantes, praematura deliberatione inter nos habita, jamque rite decretas laudamus, ratificamus et approbamus.

Primo videlicet, praedictae domus sorores universae ex nunc et deinceps perpetuam arctamque clausuram, secularibus ac extraneis cujuscumque conditionis (et de jure et ex statutis necessario permissis) penitus exclusis, cum tribus ordinis substantialibus votis, ac salutari silentio locis ac temporibus constitutis, sub poena in nostris statutis expressa, cum ceteris coeremoniis, secundum regulam sancti Augustini et ordinis Praemonstratensis statuta, more laudabili monasteriorum reformatorum diligentissime et fideliter, ut famulas Dei decet, observent.

Secundo, ut etiam ex nunc et deinceps confessores dictae domus prioris nomen habeant et non praeposituræ; et quod de temporalitatis regimine se non intromittant, sed solum in spiritualibus provideant; quibus etiam, ut honestatis ordo requirit, sine murmure decenter de singulis necessariis provideatur et reverentia patribus debita deferatur.

Tertio, ut hujusmodi conventus de se et inter se, quoties necessitas requiret, per electionem canonicam sororem ad hoc

idoneam, de superioris seu visitatoris consensu atque consilio, quae nomen et rem magistrae de cetero habeat, eligat; ipsamque denique sic concorditer et canonice electam superior seu commissarius visitationis admittat. Ipsaque sic admissa sub se priorissam, suppriorissam ceterasque sorores officiales, quae spiritualibus ac temporalibus praesint, habeat. Omnia et singula alia in eadem ordinatione contenta confirmamus; quibus omnibus post eorumdem confirmationem nostrum decretum interposuimus, prout ex praesentibus interponimus. In cujus rei testimonium sigillum nostri generalis capituli praesentibus litteris duximus apponendum.

Datum in monasterio sancti Evodii de ....., nostri ordinis Praemonstratensis, dioecesis Suessionensis, anno Domini millesimo nonagesimo secundo, vigesima tertia mensis maii, sedentibus in nostro capitulo generali.

Archives de l'abbaye de Floreffe.

Documents extraits du cartulaire du chapitre de Saint-Aubain, a Namur[1].

I.

Séparation des paroisses de Biesme et d'Oret[2].

7 mars 1250 (nouveau style).

Universis presentes litteras visuris dominus J., concilii Florinensis decanus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos vidisse et audisse litteras capituli beati Albani Namucensis in hec verba :

Venerabili viro ac domino Th., Dei gratia Leodiensi archidiacono, Th., prepositus, et Th., decanus, totumque capitulum sancti Albani in Namuco in vero Salutari salutem.

[1]) Suite. — Voyez V, p. 480 et suiv.; VI, p. 126 et 182; VII, p. 475.
[2]) Ce document est intitulé : *Littera divisionis de Bienene et de Orech.*

Cum ecclesie de Benena et de Orech a tempore, a quo non est memoria, batismales existant, et sub una cura extiterint, et catedralia jura, sicut moris est, persolverint, et cum [eadem] fuerit persona ibidem in ipsis ecclesiis pari [jure] deserviens, licet fructus sint distincti, nos tamquam plenum jus patronatus in ipsis ecclesiis habentes, intuitu divine pietatis moti, ac locorum distantia et propter pericula animarum, ac proborum virorum consilio instructi, et investiti de Benena consensu, concedimus, volumus et petimus, ut Alardus, presbiter, nunc persona ecclesie de Benena, transferatur ad ecclesiam de Orech, ipsius ecclesie curam et regimen in perpetuum cum successoribus procurando, et in ipsa ecclesia de Orech mansionem faciendo; et ad ipsius ecclesie et ville curam et regimen admittatur, nobis presentationem seu collationem temporibus suis et debitis reservantes, portionem fructuum, redditnum et decimarum, solitam in terris, pratis, decimis, redditibus et legatis usque nunc factis, sibi partem integre reservantes, oblationes altarium de Benena et appenditiorum, ac legata, curatus de Benena infra fines sue parochie integraliter in perpetuum percipiet. In his vero, que possunt in parochia de Orech ac terminis provenire, videlicet in oblationibus, legatis, aliisque redditibus ac omnibus quibuscumque, expresse cessit curatus de Benena, et omni juri, quod in his solitus erat habere, penitus renunciavit propter oneris supportationem. Nos vero ad augmentationem beneficii, quod habebat tunc persona de Benena, tres modios, medietatem spelte et medietatem avene, ad mensuram Namucensem, et viginti solidos alborum laudabilium et currentium promittimus et tenemur in perpetuum annuatim curato de Orech persolvere. Et omnia jura domini episcopi, archidiaconi et decani, defectus beneficii curati, si qui essent, et etiam matricularie, villa de Orech communiter promittit et tenetur in perpetuum adimplere, se, heredes suos ac successores universos obligando, sicut per litteras ville nobis presentatas, et sigillorum decani et consilii

Florinensis ad petitionem dicte ville sigillatas videbitis contineri.

Nos predicti capitulum et curatus de Benena discretioni vestre supplicamus, quatinus huic tam pie ordinationi et divisioni pro salute animarum vestrarum prebeatis assensum, et ea vestra auctoritate dignemini confirmare.

Datum feria secunda post *Letare Jherusalem*, anno Domini m° cc° xl° nono.

Cartulaire du chapitre de Saint-Aubain, fol. 18 r°, aux Archives de l'État, à Namur.

II.

Le droit dit du drap d'or *est établi par le chapitre*[1].

11 avril 1286 (nouveau style).

Universis Christi fidelibus presentem cartam visuris PREPOSITUS, DECANUS totumque CAPITULUM ecclesie sancti Albani Namucensis, Leodiensis diocesis, inscripta perpetue memorie commendare. Quum ecclesia nostra predicta cappis chori, casulis, dalmaticis, apparamentis altarium indiget, et aliis quam pluribus ornamentis ad decorem ecclesie et cultum divinum congruentibus, cum illa, quibus dicta ecclesia a nobilissimis fundatoribus et patronis ejusdem extitit ornata, vestustate consumpta sordescant, nos ecclesie nostre providere cupientes et statum et decorem ejus reformare in melius, illustris viri domini et patroni nostri Guidonis, comitis Flandrie et marchionis Namucensis, accedente consensu, statuimus, ut quicumque de cetero in ecclesia predicta receptus extiterit in canonicum et in fratrem, ipsi ecclesie teneatur in uno panno aureo vel bissino valoris centum solidorum Lovaniensium, quo construi valeat cappa vel casula, aut dalmatica, seu aliud ecclesie ornamentum, prout nobis et successoribus nostris visum

[1]) Ce document est intitulé : *Littera capparum*. — Voyez, au sujet du même droit, *Analectes*, V, p. 121.

fuerit expedire, ad observationem dicti statuti nos et successores nostros canonicos, qui deinceps in sepe dicta ecclesia instituentur, religione juramenti a nobis prestiti et ab ipsis successoribus in suis receptionibus prestandi obligantes.

In cujus statuti robur et perpetuam memoriam presentem cartam sigilli ecclesie nostre appensione una cum sigillo illustris domini et patroni nostri predicti communimus.

Nos autem Guido, Flandrie comes et Namucensis marchio supradictus, patronus ecclesie sancti Albani predicte, prefatum statutum in augmentum cultus divini et honorem gloriosi martiris beati Albani, et sacrosanctarum Dei et plurium sanctorum et sanctarum reliquiarum, quibus predecessores nostri praefatam ecclesiam munierunt et insigniter ornaverunt, factum esse attendentes, ipsum statutum, prout est rite factum, laudamus, et, quantum in nobis est, sigilli nostri appensione cum sigillo dicte ecclesie approbamus.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, feria quinta in cena Domini, mense aprili. Servantibus benedictio. Amen.

Cartulaire du chapitre de Saint-Aubain, fol. 12 ro et vo, aux Archives de l'État, à Namur.

III.

Jean, évêque de Liège, confirme le droit dit du drap d'or, *établi par le chapitre*[1].

7 août 1286.

Johannes, Dei gratia Leodiensis episcopus, universis presentes literas inspecturis salutem in Domino. Ex parte discretorum virorum decani et capituli ecclesie sancti Albani Namucensis nobis exstitit supplicatum, ut, cum ipsi in eorum ecclesia statuerint, ut quicumque de cetero in eadem ecclesia

[1]) Ce document est intitulé : *Carta capparum et confirmatio.*

receptus extiterit in canonicum et in fratrem, ipsi ecclesie teneatur in uno panno aureo vel bissino valoris centum solidorum Lovaniensium, quo construi valeat cappa, vel casula, aut dalmatica, seu aliud ecclesie ornamentum, nos eidem statuto vellemus nostrum adhibere consensum, ac ipsum auctoritate pontificali confirmare, maxime cum illustris vir Guido, comes Flandrie et marchio Namucensis, ejusdem ecclesie patronus, dicto statuto suum adhibuerit consensum; nos autem eorum supplicationi annuentes, considerata utilitate dicte ecclesie et intellecto defectu, quem ipsa ecclesia patitur in cappis, casulis, dalmaticis et aliis hujusmodi ornamentis, ipsum statutum, prout ab ipsis factum est, auctoritate nostra pontificali confirmamus, presentium testimonio literarum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, feria quarta ante festum beati Laurentii.

Cartulaire du chapitre de Saint-Aubain, fol. 12 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

IV.

Le légat du pape Martin IV dispense les chanoines de l'obligation de loger au cloître dans un dortoir commun[1].

24 février 1284.

JOHANNES, miseratione divina, etc., sancte Ecclesie Romane presbiter cardinalis, Apostolice Sedis legatus, religioso viro Alberto de Malonia, Leodiensis diocesis, salutem in Domino. Significaverunt nobis prepositus, decanus et capitulum ecclesie sancti Albani de Namuco, canonici seculares, quod, cum ad prebendas ecclesie canonici, qui in eadem recipiuntur, communiter jurent libertatem dicte ecclesie, cartas, consuetudines et statuta bona observare; et in quibusdam cartis confectis super quibusdam decimis et rebus aliis, ipsi ecclesie

[1]) Ce document est intitulé : *De dispensatione dormitationis in dormitorio*.

datis, contineatur, quod proventus illarum decimarum et aliarum rerum tantummodo canonicis, qui matutinis interfuerint et in dormitorio dicte ecclesie dormierint, distribuantur; itaque, qui in altero horum defecerit, nichil de illis proventibus percipiat, licet omnes alias distributiones et redditus tam magnos quam parvos habeat, quicumque sit residens canonicus in dicta ecclesia, exceptis distributionibus illarum tantummodo decimarum; unde, cum in nulla ecclesia totius civitatis et diocesis Leodiensis tale statutum reperiatur; et cum hoc sit omnibus canonicis ejusdem ecclesie onerosum et periculosum pro hujusmodi distributionibus in dicto dormitorio dormire et pernoctare, cum sint canonici seculares, ut dictum est, tam propter metum proprii corporis, qui potest cadere in virum constantem ac cruciatum corporis continere, ac rerum ipsorum canonicorum amissionem, ac propter metum majorem, videlicet homicidii, vel quasi seditionis, stragis, vel cujusvis conflictus; et propter hoc canonici, tam senes quam juvenes, sue vite parcere cupientes, dictum dormitorium contra sua juramenta vel reliquerunt vel relinquunt. Quare ex parte predictorum prepositi, decani et capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut de beneficio absolutionis ab hujusmodi dormitatione et juramento, quam ob hoc incurrerunt, eisdem misericorditer providere curaremus, eorum absentia non obstante. Nos vero paterno eisdem compatientes affectu vobis, qui super hiis potestis habere notitiam plenariam, duximus committendo, qua fungimur, auctoritate mandantes, quatinus, si est ita, ipsos canonicos ab hujusmodi dormitatione et juramento in forma Ecclesie absolvatis, injungentes pro modo culpe penitentiam salutarem.

Datum apud sanctum Germanum de Pratis juxta Parisius, sexto kalendas martii pontificatus domini Martini pape quarti anno quarto.

Cartulaire de Saint-Aubain, fol. 23 r° et v°, aux Archives de l'État, à Namur.

V.

Le pape Nicolas (III ou IV) autorise le chapitre à changer de place l'autel érigé en l'honneur de saint Aubain[1].

22 avril 1279 ou 1289[2].

NICHOLAUS, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Leodiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Pia desideria devotorum favore benivolo prosequi delectantes, illis affectione paterna super his libenter annuimus, que sibi specialem letitiam et animarum speramus productura salutem. Cum igitur ex parte dilectorum filiorum decani et capituli ecclesie sancti Albani Namucensis, tue diocesis, fuerit nobis humiliter supplicatum, ut eis, qui dictam ecclesiam ampliarunt, altare, quod ex hujusmodi ampliatione in medio fere chori ecclesie memorate remansit, ex quo prestatur obstaculum et visitantibus ipsam ecclesiam et ministris deservientibus in eadem, transferendi ad alium locum ejusdem ecclesie aptiorem licentiam concedere dignaremur; nos itaque tibi, qui loci diocesanus existis, volentes in hac parte deferre, ac eorum satisfacere piis votis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, quod dicti decanus et capitulum super translatione altaris ejusdem postulant, si expedire videris, auctoritate nostra concedas, non obstante, quod altare ipsum per felicis recordationis Cornelium papam, predecessorem nostrum, fuit, prout dicitur, consecratum.

Datum Rome apud sanctam Mariam x° kal. maij, pontificatus nostri anno secundo.

Cartulaire du chapitre de Saint-Aubain, fol. 18 v°, aux Archives de l'État, à Namur.

[1]) Ce document est intitulé : *Littere de immutatione altaris sancti Albani Namurcensis.*

[2]) Si l'acte émane de Nicolas III, il est de l'année 1279 ; s'il émane de Nicolas IV, il est de 1289.

TABLE DES MATIÈRES.

NOTICES.

DOCUMENTS.

TABLE ALPHABÉTIQUE.

A

B

C

D

E & F

G

H

L

M

N

O & P

R & S

T

V

W

CORRECTIONS.

Page	286,	ligne 1,	*Pomervie*	lisez	*Pomeroie.*
»	360,	» 16,	*droite*	»	*devise.*
»	»	» 33,	*Desplat*	»	*Desplut.*
»	»	» 2,	*audition*	»	*reddition.*
»	»	» 14,	*sceux*	»	*deux.*
»	363	» 10,	*droit*	»	*endroit.*
»	401	» 1,	*était*	»	*étaient.*

CORRECTIONS.

Page	286,	ligne 1,	*Pomervie*	lisez	*Pomeroie.*
»	360,	» 16,	*droite*	»	*devise.*
»	»	» 33,	*Desplat*	»	*Desplut.*
»	»	» 2,	*audition*	»	*reddition.*
»	»	» 14,	*sceux*	»	*deux.*
»	363	» 10,	*droit*	»	*endroit.*
»	401	» 1,	*était*	»	*étaient.*

T

V

W

CORRECTIONS.

Page	286,	ligne 1,	*Pomervie*	lisez	*Pomeroie.*
»	360,	» 16,	*droite*	»	*devise.*
»	»	» 33,	*Desplat*	»	*Desplut.*
»	»	» 2,	*audition*	»	*reddition.*
»	»	» 14,	*sceux*	»	*deux.*
»	363	» 10,	*droit*	»	*endroit.*
»	401	» 1,	*était*	»	*étaient.*

CONDITIONS DE LA SOUSCRIPTION.

Les *Analectes* paraissent par livraisons trimestrielles, et forment annuellement un volume de 500 pages environ.

Le prix de l'abonnement pour la Belgique est de 6 francs par an, payables à la réception de la première livraison. Pour l'étranger on payera le port en sus.

Tout ce qui concerne les *Analectes* (lettres, paquets, envois d'argent) doit être adressé *franco* à CH. PEETERS, libraire, rue de Namur, 22, à Louvain. On ajoutera à l'adresse : *Pour la direction des Analectes.*

Les lettres non affranchies ne seront pas reçues.

On souscrit chez les libraires suivants :

A LOUVAIN, chez CH. PEETERS, rue de Namur, 22.
A ANVERS, chez BEERTS et BAGGERMAN.
A BRUGES, chez BEYAERT-DEFOORT et DE POORTERE.
A BRUXELLES, chez GOEMAERE, HAENEN et MUQUARDT.
A GAND, chez HEMELSOET, successeur de VAN RYCKEGEM.
A HERENTHALS, chez DUMOULIN.
A LIÉGE, chez SPÉE-ZELIS.
A MALINES, chez SCHODTS.
A TOURNAI, chez CASTERMAN.

AVIS.

L'éditeur des *Analectes* possède encore un *très-petit* nombre d'exemplaires complets des huit premiers volumes de la collection, qu'il peut céder au prix de 48 francs. Les tomes I, IV, V, VI et VII, peuvent s'obtenir au prix de 6 francs le volume. Les tomes II, III et VIII ne se vendent pas séparément. Quelques livraisons séparées se vendent 2 francs.



